ex vtero naſceret̄. habuit cōmune nobiſcum. Qz aūt
abſqꝫ cōcubitu naſceret̄. plus a nobis obtinuit. quā
beatū corpus illud q̄d ob exuberātem mundiciā vir
ginis marie ut uidetur donū anime ad ſeip̄m allexit
In ſingulis em̄ ceteris vix vtiqꝫ anima ſincera. ſanc
ti ſp̄us imperabit p̄ſentiam Sed nūc caro recep
taculum effic̄t ſp̄us. Grego. miſenus. Tabulas
em̄ noſtre nature quas culpa cōfregerat. denuo vo
legiſlator d̄ terra noſtra ſibi dolauit abſqꝫ cōcubitu
diuinitatis ſue corpus ſuſceptibile creans. q̄d dn̄ꝰ
digitus ſculpſit ſcilicet ſp̄us ſupueniēs virgini.
Criſ. Inſup ꝙ virtus altiſſimi obumbrabit tibi
altiſſimi regis virtus xp̄s ē qui p aduentum ſpiritꝰ
ſancti format̄ in virgine. Greg. xviij. mora. Per
vmbrationis em̄ vocabulū incarnandi dei vtraqꝫ na
tura ſignificat̄. Umbra em̄ a lumine format̄ in cor
pore. Dum autem p diuinitatem lumen ē. quia ergo
lumen icorporeū i eius erat utero corporandū recte
ei dicit̄ Virtꝰ altiſſimi obumbrabit tibi id ē corpus
in te humanitatis accipiet incorporeū lumen diuini
tatis. hoc etiā marie dicit̄ ꝓpter mentis refrigerium
celitus datum. Beda. nō ergo virili q̄d nō cogno
ſcis ſemine ſed ſpiritusſancti quo iplens opere con
cipies. concupiſcentie in te non erit eſtus. Ibi vm
bram faciet ſp̄usſanctus. Grego. miſenus. Vel di
cit obumbrabit tibi. q̄a ſicut corporis vmbra prece
dentium karacter confirmat̄. ita indiuina deitatis filij
ex virtute generandi patebūt. Sicut em̄ in nobis q̄
dam viuifica virtus i materia corporali cōſpicitur.
qua homo format̄ ſic in virgine altiſſimi virtus p
viuificantem ſp̄m pariter corpori inſitam materiam
carnis ex virgineo corpore ad formandum nouū ho
minem aſſumpſit Unde ſequit̄. Ideoqꝫ ꝙ q̄d naſcet̄
ex te ſanctum Athanaſiꝰ. Profitemur em̄ quoniā
nature humane aſſumptum ex maria corpus veriſ
ſimū extitit ꝙ idem ſm naturā corpori nr̄o. ſoror nāqꝫ
noſtra maria cū omnes ab Adam deſcenderimus.
Baſilius. Unde ꝙ Paulus dicit. Quoniam miſit
deus filium ſuum natum nō p mulierē ſed ex muli
ere. Naꝫ hoc q̄d dico p mulierē tranſiturā poterat
indicare natiuitatis ſententiam. Qd̄ autem dicit̄ ex
muliere manifeſtat cōmunionem nature genitis reſpe
ctu parētis Grego. xviij. mora. Ad diſtinctionem
autem noſtre ſanctitatis iheſus ſingulariter ſanctus
naſciturꝰ aſſeritur. nos quippe ꝙ ſi ſancti efficimur
non tamen naſcimur. quia ipſa nature corruptibili

cognatiõe ꝯſtringimur. Ille autem ſolus veraciter ſanctus ē qui ex ꝯiunctione carnalis copule conceptus non ē Qui non ſicut hereticus deſipit. alter in humanitate. alter in deitate eſt vt purus homo conceptus atqꝫ editus ⁊ poſt ꝑ meritũ vt deꝰ eſſet, accepit. Sed nunciante angelo ⁊ adueniente ſpũ mox verbũ in vtero. mox intra vterũ verbum caro. vñ ſequit̄ Vocabit̄ filius dei ¶ Grecus Tu autē attende qualiter virgini angelꝰ totam trinitatem edidit. dñ ſpm̄ſanctũ ꝯmemorat virtutem ⁊ altiſſimũ. trinitas eñ indiuiſibilis eſt.

¶ Et ecce eliſabeth cõgnata tua ⁊ ipſa cõcepit filiũ i ſenectute ſua Et hic menſis eſt ſextꝰ illi q̄ vocat̄ ſterilis. qꝛ nõ erit ĩpoſſibile apud deũ omne v̄bum Dixit aũt maria. Ecce ãcilla domini. fiat mihi ſcd̄m verbum tuũ Et diſceſſit ab illa angelus.

¶ Criſ. Quoniã p̄cedens dictũ ſupabat v̄ginis mētem. ad humiliora declinauit ſermonē ꝑ ſenſibilia ipa ſuadens Vñ dicit Et ecce eliſabeth cognata tua. anū adueꝛte Gabrielis induſtriam. nõ memorauit eam Sare vel Rebecce vel Rachelis quia antiquiora erant exempla. ſed imminēs factum inducit vt eiꝰ mētem corroboret. ⁊ ob hoc ⁊ etatem ꝯmemorauit cuꝫ dicit Et ipa concepit filiũ in ſenectute ſua Et defectũ nature Sequit̄ eñ Et hic menſis eſt ſextus ei que vocat̄ ſterilis Nõ eñ a principio ꝯceptꝰ eliſabeth ſtatim annũciauit. ſed actõ ſex menſium ſpacio vt tumor ventris perhibeat argumentũ ¶ Grego. Nazanzenus. Sed quereret aliq̄s. qualiter ad dauid xp̄s refertur ſiquidem maria de ſanguine manauit Aarõ cuius cognatam angelus eliſabeth aſſerit ſed hoc nutu ſuperno contigit. ut regium genꝰ ſacerdotali iungeret̄. ut xp̄s qui rex eſt ⁊ ſacerdos ab vtriſqꝫ ſm̄ carnem naſceret̄ legit̄ ⁊ in Exodo qm̄ Aaron primus ſm̄ legem Sacerdos duxit ⁊ tribu iude cõiugem eliſabeth filiã Aminadab. ⁊ attende ſacratiſſimam ſpiritus admĩſtracionē. dum ⁊ hãc zacharie cõiugem ſtatuit Eliſabeth vocari. reducens nos ad illam Eliſabeth quã duxerat aaron ¶ Beda. Sic gº ne virgo ſe parere poſſe diffidat. accepit exẽplũ ſterilis anus parture. ut diſcat oĩa deo poſſibilia etiã que nature ordine videnẗ eſſe contraria. vnde ſeq̄t̄. Quia nõ erat impoſſibile apud deũ omne verbum ¶ Criſ. Ipſe nãqꝫ cum ſit nature dñs cũcta poteſt cũ velit q̇ cuncta pagit ⁊ diſponit vite mortiſqꝫ lora gubernãs ¶ Aug. ꝯ fauſtum Quiſq̄s aũt dicit. Si oĩpotens deus ē faciat ut ea que facta ſũt facta ñ fuerint nõ ꝑcipit ſe dicere ut faciat ea que vera ſũt. eo ipſo qꝛ vera ſunt. falſa ſint. poteſt eñ facere cũ aliquid nõ ſit qđ erat. velut cũ aliquē q̇ cepit eē naſcēdo faciat nõ eſſe moriendo Quis aũt dicat ut id qđ iam non eſt faciat nõ eſſe Quicq̄d eñ preteritum ē iam nõ eſt Quõ ſi de ipõ fieri aliquid poteſt adhuc ē de quo fiat Et ſi eſt. quomodo preteritũ eſt. nõ ergo eſt. qđ vere diximus fuiſſe. ſꝫ ideo verꝫ ē illud fuiſſe quia ĩ nr̃a ſententia verꝫ ē. non in ea re que iam nõ ē

hanc aũt ſententiam deus falſam facere nõ poteſt. omnipotentem autem deum non ita dicimus act[...] mori poſſe credamus. Ille plane omnipotens vere ſolus dicitur qđ vere eſt. et[...] a quo ſolo eſt quicquid aliquo modo eſt. ¶ Ambroſ. Vide autem humilitatem virginis vide deuotionem Sequit̄ eñ Dixit aũt Maria Ecce ancilla dñi Ancillam ſe dicit que mater eligit̄ nec repentina exaltata promiſſione eſt Quia eñ humilemqꝫ partura humilitatem debuit etiam ipſa preferre. ſimulqꝫ tamen ancillam ſe dicendo nullam ſibi p̄rogatiuam tante gr̃e vẽdicauit. quia faceret qđ iuberet̄. vnde ſequit̄ Fiat mihi ſecundum verbũ tuũ habes obſequiũ. vides votum Ecce ancilla domini aparatus officij eſt. Fiat mihi ſecundum verbũ tuũ conceptus eſt voti ¶ Euſebius Alius aliud quidem in preſenti ſermone virginis extollet. quibuſ[...] quidam conſtantiam. hic obedientie promptitudinem. alius qꝛ non allecta eſt tam ſplendidis ⁊ arduis per magnum archangelum promiſſis pollicitatis[...] non exceſſit modum in dando inſtantias. ſed [...] cauit ⁊ [...]e leuitatem ⁊ zacharie incredulitatem [...] autem humilitatis profunditas non minꝰ [...] admiranda ¶ Grego. xviij. moral. Per [...] nãqꝫ ſacramentum concepto ſancto partu [...] ſecundum veritatem vtriuſqꝫ nature [...] ancilla domini fuit ⁊ mater ¶ Beda Accepto [...] virginis conſenſu. mox angelꝰ celeſtia repetiit [...] ſequitur Et diſceſſit ab illa angelus. ¶ [...] ſolum impetrans qđ optabat. ſed ſtupens in [...] neti forma ⁊ virtutis plenitudine.

¶ Exurgēs aũt maria ĩ diebꝰ illis abijt ĩ mõtana cũ feſtinacione ĩ ciuitatē iuda ⁊ intrauit domũ zacharie ⁊ ſalutauit eliſabeth Et factũ eſt ut audiuit ſalutacionē marie eliſabeth. exultauit ĩfans ĩ vtero eiꝰ Et repleta eſt ſpũſcõ eliſabeth ⁊ exclamauit voce magna ⁊ dixit Bñdicta tu iter mulieres ⁊ bñdictꝰ fructꝰ vẽtris tui Et vnde mihi vt veniat mater domini mei ad me Ecce enim vt facta eſt vox ſalutacionis tue ĩ auribus meis exultauit ĩ gaudio ĩfans ĩ vtero meo Et beata q̄ credidiſti. quoniã pficientur ea que dicta ſunt tibi a domino

¶ Ambroſius. Angelus cum abſcondita nunciaret ut fides aſtrueretur exemplo femine ſterilis concipientis virgini nunciat. ubi hoc audiuit maria non quaſi incredula de oraculo nec quaſi incerta de nuncio nec quaſi dubitans de exemplo ſed quaſi leta pro voto religioſa pro officio. feſtina ꝑ gaudio in montana perrexit. Vnde dicitur Exurgens autem maria in diebus illis abijt in montana quo enim iam deo plena [...] ad ſuperiora cum feſtinatione ꝯſcenderet ¶ Origenes Ihꝫſus eñ qui in vtero illiꝰ erat feſtinabat adhuc [...] exiſtentem ſanctificare. vñ ſeq̄t̄. Et in[...] p̄uenit maria [...] ſanctificat. vñ ſeq̄t̄ Et [...]

Ambro. Neſcit tarda molimina ſpũſſancti gratia
Diſcite virgines nõ demorari in plateis. nõ aliquos
in publico miſcere ſermones. Theoph. Propter h
abijt i montana quia zacharias i montanis habitas
bat. vnde ſequit in ciuitatem Juda ⁊ itrauit i domũ
zacharie. Ambro. Diſcite vos ſancte mulieres ſo
licitudinem quã pregnantibus debeatis exhibere cog
natis. Mariam autem que ſola in intimis penetralibꝰ
verſabat non a publico virginitatis pudor. nõ a ſtu
dio aſperitatis montium. nõ ab officio prolixitas iti
neris ſtardauit. diſcite etiam virgines humilitate;
marie venit ꝓpinqua ad proximã. iunior ad ſeniorẽ
nec ſolum venit. ſed ⁊ prior ſalutauit. vnde ſequitur
Et ſalutauit Eliſabeth. decet enim ut quãto caſtior
virgo tanto humilior ſit. nouerit; deferre ſenioribꝰ
ſit magiſtra humilitatis in qua eſt profeſſio caſtita
tis. eſt etiam cauſa pietatis. quia ſuperior venit ad infe
riorem ut inferior adiuuet. Maria ad Eliſabeth. xp̃s
ad iohannem. Criſ. ſup math. vel aliter. celabat q̃
ſupra dicta ſunt i ſe virgo nec cuiq̃ hoim pandit. ſi
enim credebat ab alijs poſſe fidem adhiberi mirãdis
relatibus imo magis putabat ſe pati conuicia ſi di
ceret quaſi volens ſcelus ꝓprium palliare. Ore
cum Ad ſolam autem refugit eliſabeth. ſic enim con
ſueuerat ꝓpter cognationẽ ⁊ ꝓpter cetera huiuſmõi
cõmunionem. Ambro. Cito autem euentus marie
⁊ preſentie dominice beneficia declarant. nam ſequitur.
Et factum ẽ vt audiuit ſalutationem marie eliſabeth
exultauit infans i vtero eius. vide diſtinctionem ſin
gulorũq; verborũ ꝓprietates. Vocem prior eliſabeth
audiuit. ſed iohẽs. prior grãm ſenſit. illa nature or
dine audiuit. ille exultauit ratõe miſterij. illa marie
ille dñi ſenſit aduentum. Grecus. Propheta enĩ
prorſus acutius videt. ⁊ audit. ſalutat q; ꝓphetatum.
ſed quoniam verbis non poterat. ſaltat in vtero qd̃
maxim exiſtit in gaudio. quis vnq̃ nouit tripudiũ
natiuitate antiquius. Inſinuauit gratia que nature
ignota extiterant. recluſus vẽtre miles agnouit do
minũ ac regem ortu ꝓ. venturo tegmine nõ obſtante
miſtice viſion. Inſpexit enĩ nõ palpebris. ſed ſpũ.
Orig. Non aũt antea repletus fuerat ſpiritu
donec aſſiſteret. que xp̃m gerebat in vtero. Tunc
aũt ⁊ ſpũ erat plenus ⁊ reſultabat in parente. vñ
ſequit Et repleta ẽ ſpũſancto eliſabeth. Non autem
dubium ẽ quin que tunc repleta ẽ ſpũſancto ꝓpter fi
lium ſit repleta. Ambro. Illa autem que ſe occultaue
rat q̃ conceperat filium. iactare ſe cepit quia genera
bat ꝓphetam. ⁊ que erubeſcebant ante benedicit.
Vñ ſequit. Et exclamauit voce magna. Et dixit
benedicta tu int̃ muli. magna voce clamauit vbi do
minĩ ſenſit aduentum. quia religioſum credidit par
tum. Orige. Dicit autem benedicta tu int̃ muliẽs
Nulla enĩ vnq̃ tãte fuit grẽ particeps aut eſſe po
terit. Vnius enĩ diuini germis parens eſt unica.
Beda. Eadẽ autem voce ab eliſabeth qua a ga
briele benedicitur. vt ⁊ angelis ⁊ hoibus veneran
da monſtretur. Jero. Quia vero alie ſancte mu
lieres fuerunt que tamen genuerũt filios peccato
inquinatos. ſubiungit Et benedictꝰ fructus vẽtris
tui. Vel aliter intelligit. dixerat benedicta tu inter

mulieres. Deiñ q̃ſi interrogãte aliq̃ q̃re ſubiungit
cã; dicẽs. Et benedictus fructus ventris tui ſcilic;
quia deus eſt fructus ventris tui. ſicut dicitur i pſal
mo. Benedictus qui venit i nomine domini deus do
minus ⁊ illuxit nobis. Cõſueuit enĩ ſacra ſcriptura
⁊ ꝓ quia recipe. Orige. Fructum autem ventris
dei genitricis dominũ dixit. quia nequaq̃ ex viro. ſ;
ex ſola maria proceſſit. Nã qui ſemen ſumpſerunt
a patribus. fructus eoꝝ exiſtunt. Grecus. Solus
ergo hic fructus benedictꝰ. q̃ ⁊ abſq; viro ⁊ abſq;
peccato producẽ. Beda. Iſte ẽ fructus qui dauid ꝓ
mittit De fructu ventris tui ponam ſup ſedem tuã
Seuerus. In qua parte emergit eutices redar
guitꝰ dum fructus ventris xp̃s aſſerit. Omnis enĩ
fructus ẽ euiſdem nature cum planta. Vñ ⁊ virgi
nem relinquitur euiſdem fuiſſe nature cum ſecundo
Adam qui tollit peccata mundi. Sed ⁊ qui phanta
ſticam opinionẽ de carne xp̃i confingunt in vero dei
genitricis partu erubeſcant. nam fructꝰ ex ipã ſub
ſtancia procedit arboris. Vbi ſunt etiã dicentes q̃ſi
ꝑ aqueductum xp̃m tranſiſſe ꝑ virginem aduertãt
ex dictis eliſabeth quã repleuit ſpũs xp̃m fructum
fuiſſe vẽtris Sequit Vnde hoc mihi ut veniat mr̃
domini mei ad me. Ambro. Non quaſi ignorans
dicit. Scit enĩ eſſe ſanctiſpũs grãz ⁊ opatione ut mr̃
dñi matrem ꝓphete ad profectum ſui pignoris ſalu
tet. ſed quaſi nõ humani hoc meriti ſed diuine gratie
munus eſſe cognoſcat ita dicit. Vnde hoc mihi. hoc
ẽ qua iuſticia quibꝰ factis ꝑ quibus meritis. Ori
genes Conuenit aũt hoc dicẽs cum filio. nam ⁊ Jo
hannes idignum ſe ſentiebat aduentu xp̃i ad ipſum
Matrem autem domini nuncupat adhuc virginem
exiſtentem preoccupans euentũ ex dicto ꝓphetico.
Diuina autem prouiſio duxerat mariam ad eliſabeth
ut iohãnis teſtimoniũ ab utero ꝑueniret ad dominũ
Ex tunc enim iohannem dñs in ꝓphetam conſtituit
Vnde ſequit. Ecce enĩ ut facta eſt vox ſalutationis
tue in auribus meis exultauit infans in utero meo.
Aug. ad darda. Hoc aũt ut dicẽt ſicut euãgeliſta
ꝓlocutus ẽ repleta ẽ ſpũſancto. q̃ proculdubio reue
lante cognouit. quid illa exultatio ſignificaſſet. ifan
tis enim illius veniſſe matrem cuꝰ ipſe precurſor
⁊ demonſtrator eſſet futurus. Potuit gº eſſe iſta
ſignificatio rei tante a maioribꝰ cognoſcẽde nõ a par
uulo cognita. nõ enĩ dixit. exultauit in fide infans in
utero meo. ſed exultauit in gaudio. videmus aũt ex
ultationem nonſolum paruuloꝝ. ſedetiam pecorum.
non utiq; de aliqua fide vel religione vel quacũq; ra
tionabili cognitione venientem. ſ; ex inuſitata ⁊ no
ua extitit. quia in utero ⁊ in eius aduẽtu que omniũ
ſaluatorem fuerat paritura. Ideo hec exultatio ⁊ tã
quam matri domini reddita reſalutatio ſicut ſolent
miracula fieri. facta ẽ diuinitus in iſante. non humã
cus ab infante quamq̃ etiam ſi uſq; adeo in illo puo
eſt acceleratus vſus rationis ⁊ voluntatis ut itra
uiſcera maternaz iam poſſet agnoſcere. credere cõ
ſentire. Etiam hoc in miraculis habendum diuine
potentie. nõ ad humane trahendum exemplar natẽ
Orige. Venerat aũt mater dñi uiſura eliſabeth
miraculoſum conceptum quem retulerat angelus.

vt ꝑ hoc ſequaẽ credulitatis potioris ad virginem
manaturi. ⁊ ad hanc fidem facit ſermo eliſabeth dicẽ
tis. Et beata que credidiſti. quoniam ꝑficienẽ ea que
dicta ſunt tibi a domino ¶ Ambro. Vides minime du
bitaſſe mariam ſed credidiſſe. ⁊ ideo fructum dei cõ
ſecutam ¶ Beda. Nec mirum ſi dñs redemptorus
mundũ opationẽ ſuam ĩchoauit a matre ut ꝑ quam
ſal⁹ oĩb⁹ pabaẽ. eadem ꝑſona aẽ ꝓma fructũ ſalutis
hauriret ex pignore ¶ Ambro. Sed ⁊ uos beati q̃
audiuiſtis ⁊ credidiſtis. Quecũq; eñ crediderit aĩa
⁊ concipit. ⁊ generat dei verbum ⁊ opa eius agno-
ſcit ¶ Beda Omnis aũt aĩa que verbum dei mente
concepit. virtutum ſtatim celſa cacumina greſſu cõ
ſcendit amoris. quaten⁹ ciuitatẽ iuda idest confeſſio
nis ⁊ laudis arcem penetrare. ⁊ vſq; ad ꝑfectionẽ
fidei ſpei ⁊ caritatis. q̃ſi tribus in ea menſib⁹ valeat
cõmorari. ¶ Idẽ. ſup Ezechielẽ Spiritũ de ꝑteri
to ⁊ de pñti ⁊ de futuro ꝑ ꝓphetie ſpm̃ tacta eſt que
⁊ eam ꝓmiſſionib⁹ angeli credidiſſe cognouit ⁊ ma
trem nominã q̃ redemptorem humani generis in
vtero parituraẽ aẽ portaret itellexit. etiã cũ oĩa ꝑfici
enda perdiceret q̃d etiã de futuro ſequereẽ aſperit.

¶ Ambro. Sicut peccatum a mulieribus cepit. ita ⁊ bona a mulieribus inchoanẽ vñ nõ otioſum videtur q̃ ⁊

## ¶ Et ait maria magnificat aĩa mea dñm

ante iohannem eliſabeth ꝓphetiſat. ⁊ maria ante do-
mini generationẽ. Sequiẽ aũt ut marie quo ꝑſona
melior. eo ꝓphetia ſit plenior ¶ Baſi. Virgo eñ ſub
limi ac ſpeculatione ꝓfunda imenſitatem cõtemplãs
miſterij quaſi profundius gradiẽs magnificat deum
Vñ diciẽ Et ait maria Magnificat anima mea dñm
¶ Grecus. Quaſi d. mirabilia que deus prenũcia-
uit ĩ meo corpore exercebit. ſ; anima mea in fructu
oſa apud deum non erit. Conuenit autem mihi ⁊ vo
luntatis fructũ afferre Nam quãtum amplo doto-
miraculo tantum teneor gloriſicare ĩ me mirabilia
opantem. ¶ Orige. Si aũt dñs nec augmentũ nec
detrimentum recipe poteſt. quid ẽ q̃d maria loq̃tur.
Magnificat anima mea dñm. Sed ſi conſiderem do
minũ ſaluatorẽ imaginẽ eẽ inuiſibiẽ dei ⁊ aĩam meã
factam ad eius imaginẽ. ut ſit imago imaginis. tũc
videbo quoniam ĩ exemplo eoꝝ qui ſolẽt imagines
pingere qñ magnificauero aĩa; meã ope. cogitati
one ſermone. Tunc imago dei grandis efficitur et
ipſe dñs cuius imago eſt in anima mea. magnificaẽ.

¶ Baſiẽ Prim⁹ ſpũs fruct⁹ ẽ pax ⁊ gaudiũ Quia ergo virgo ſancta tota; ſibi hauſerat ſpũs gra;. merito ſub

## ¶ Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo.

iungit Et exultauit ſpũs meus in deo ſalutari meo.
Idem ⁊ animã dicit ⁊ ſpiritum. Conſueta autem in
ſcripturis exultationis prolatio inſinuat alacrẽ quẽ
dam ⁊ iocoſum habitum anime in hijs qui digni ſuẽ
Proinde virgo exultat in domino ineffabili cordis
tripudio ⁊ reſultatione in ſtrepitu honeſti affectus.

Sequitur in deo ſalutari meo. ¶ Beda Quia eiuſ
dem iheſu id eſt ſaluatoris ſpiritus virginis eterna
diuinitate letatur cuius caro tẽporali conceptione
fetatur ¶ Ambroſius Magnificat ergo anima ma
rie dñm. ⁊ exultat ſpũs eius ĩ dõ eo q̃ aĩa ⁊ ſpiritu
pẽi filioq; deuota vnũ deũ ex q̃ oĩa ⁊ vnũ dñm ꝑ quẽ
omnia pio veneratur affectu Sit autem in ſingulis
Marie anima ut magnificet dominum Sit in ſingu
lis ſpiritus marie ut exultet in domino Si ſecundũ
carnem vna mater eſt chriſti. ſecundum fidem tamẽ
omnium fructus eſt chriſtus Omnis enim anima ac
cipit dei verbum. ſi tamen immaculata ⁊ immunis
a vicijs intemerato caſtimoniam pudore cuſtodiat
¶ Theophilus Ille autem deum magnificat qui di
gne ſequitur chriſtum ⁊ dum chriſtianus vocatur
chriſti non minuit dignitatem magna ⁊ celeſtia ope
rando. ⁊ tunc ſpiritus eius id eſt ſpiritualis caris
exultabit id eſt proficiet. ⁊ non mortificabitur.
¶ Baſilius Si quãdo vero lux in cor ſuum irrup
ſerit ⁊ ad deum diligendum ⁊ contemnenda corpo
rea. per illam obſcuram ⁊ breuem imaginem ꝑfe
ctã ꝑcipe uiſtoꝝ cõſcia; aẽ ꝯſiſtẽtiã abſq; vlla diffi
cultate conſequentium in domino gaudium. ¶ Ori
genes. Pri⁹ autem anima magnificat dominum
poſtea exultet in deo niſi enim antea credidimus
exultare non poſſumus.

¶ Greco. expoſitio. cauſam manifeſtat cur ſe magnificare deũ & ceat. ac exultare ĩ deo dicens. Quia reſpexit

## ¶ Quia reſpexit humilitatẽ ancille ſue. ecce eñ ex hoc btã me dicẽt oĩs generacões.

humilitatem ãcille ſue quaſi diceret ipſe proxime nõ
ego expectaui. humilibus eram contenta Vocat au
tem ad ineffabile conſilium eligor ⁊ exaltor de terra
ad ſidera. ¶ Auguſtinus in ſermone de aſſumptione
O vera humilitas. que deum hominibus peperit
vitam mortalibus edidit. celos innouauit mundum
purificauit paradiſum aperuit ⁊ hominum animas
liberauit. Facta eſt marie humilitas ſcala celeſtis.
per quam deus deſcẽdit ad terras. quid enim eſt di
cere reſpexit. niſi approbauit. multi enim videntur
in conſpectu hominum humiles eſſe ſed eorum humi
litas a domino non reſpicitur. Si enim veraciter hu
miles eſſent. deinde ab hominibus non ſe laudari vel
lent. non in hoc mundo. ſed in deo ſpiritus eorum ex
ultaret. ¶ Origenes Sed quid humile atq; deiectũ
que dei filium geſtabat in vtero Sed conſidera quo
niam humilitas in ſcripturis vna de virtutibus pre
dicatur. que a philoſophis modeſtia dicitur. Sed
⁊ nos eam poſſumus appellare quadam circuitione
aliquis non eſt inflatus ſed ipſe ſe deiicit. ¶ Beda
Cuius autem humilitas reſpicitur recte beata ab o
bus cognominatur. Vnde ſequitur. Ecce enim ex
hoc beatam me dicent omnes generacões ¶ Atha
naſius. Si enim ſecundum prophetam honorabiles
habent ſemen in ſion ⁊ proximos in ieruſalem quan
tum decet eſſe preconium diue ac ſacroſancte vir
ginis marie que ſcdm carnem extitit genitrix ĩ effecta

¶ Grecus. Non autem ſe beatā appellat ītam virtute ſua glorie. Unde enim focus in ipſa ſuperbie que ſe an gelum dei nuncupauit. ſed ſacro tacta ſpū que futura ſunt preſcivit. ¶ Beda. Decebat eīn ut ſicut per ſuperbiā primi parentis mors in mundum intrauit. ita per humilitatem marie vite introitus panderet. ¶ Jero. Et ideo dicit omnes generationes non ſolum eliſabeth ſ; etiam omnes credentium nationes.

**¶ Quia fecit mihi magna q̃ potens eſt ⁊ ſanctum nomen eius.**

¶ Theoph. Oſtendit virgo nō per ſuam virtutem beatā ſe predicādam ſed cauſam aſſignat dicēs. Quia fecit mihi magna q̃ potens eſt. Quare tibi magna fecit. credo ut creatura exiſtens creatorem famula dominū generares. ut per te mundum deus redimeret. per te illuminaret. per te ad vitam reuocaret. ¶ Titus. Quo modo magna mihi ꝙ manēs illibata ꝯpio ſuperans nutu dei naturam. digna reputata ſum viro non quomō cuiꝯ genitrix effici. ſed vnigeniti ſaluatoris. ¶ Beda. Reſpicit autem hoc ad initium carminis vbi dictū ē. Magnificat anima mea dominum. Sola enim anima illa cui dominus magna facere dignaē. dignis eum preconijs magnificare poteſt. ¶ Titus. Dicit autem qui potens eſt. ut ſiquis diffidat in conceptionis negotio dum virgo manens concepit retorqueat miraculum ad potentiam operantis. Nec quia unigenitus acceſſit ad feminā. ex hoc inquinaē. quia ſanctum ē nomen eius. ¶ Baſilius. Sanctum vero dicē nomen dei nō quia in ſillabis quādam ſanctificatiuā virtutē cōtineē. ſed quia quomodolibet dei ſpeculatio ſancta dinoſcē ⁊ ſincera. ¶ Beda. Singularis eīn potentie culmine trāſcendit omnē creaturā ⁊ ab vniuerſis que fecit longe ſegregaē. quod greca locutione melius intelligitur. In quo ipſum verbum quod dicit agion quaſi extra terram eſſe ſignificat.

**¶ Et miſericordia eiꝯ a progenie in progenies timentibus eum.**

¶ Beda. A ſpecialibꝯ ſe donis ad generalia dei iudicia conuertens totiꝯ humani generis ſtatū deſcribit ſubdēs. Et miſericordia eius a progenie i progenies timentibus eum. quaſi diceret. Non ſoli mihi magna fecit qui potens eſt. ſed ⁊ i omni gēte qui timet deum acceptus eſt illi. ¶ Origenes. Miſericordia enim non in vna generatione ſed in ſempiternum extenditur a generatione i generationem. ¶ Grecus. Et miſericordia eius quā habet in generatione generationum. ergo concipio ac ipſe corpori animato cōiungitur. noſtrā tractans ſalutem ſolius intuitu pietatis. Miſereē autem nō qualitercūq; ſed hijs quos timor eius cōpeſcuit in qualibet natione. Unde addiē. Timentibus eum qui ſcilicet penitentia ducti ad fidē ⁊ penitentiam conuertunē. Nam qui obſtinati ſunt incredulitatis ianuam clauſerunt ſibi ianuam pietatis. ¶ Cho. Uel per hoc innuit ꝙ timentes miſericordiā conſequuntur i generatione iſta id eſt in preſenti ſeculo ⁊ futuram id eſt in ſeculo futuro. In hoc ſeculo centuplum accipientes. In illo vero multo maiora.

**Fecit potenciam in brachio ſuo diſperſit ſuperbos mēte cordis ſui.**

¶ Beda. Humani generis ſtatū deſcribens quid ſuperbi ⁊ quid humiles mereanē. oſtendit dicens. Fecit potētiam in brachio ſuo id eſt in ipſo dei filio. Sicut eīn tuum brachium ē quo operaris. ſic brachium dei dictū ē eius verbum per quod operatus ē mundum. ¶ Orige. Timentibus autem ſe fecit potentiam in brachio ſuo quia licet infirmꝯ ad deum acceſſeris. ſi timueris eum. promiſſa virtutem conſequeris. ¶ Theoph. In brachio ſuo. i. eius filio incarnato potentiam fecit. quia natura deuicta ē virgine parente ⁊ deo humanato. ¶ Grecus. Uel dicit fecit per faciet potentiā nō vt dudum per moyſen contra egiptios. nec per angelū puta quādo multa milia rebellium proſtrauit aſſiriorum nec quoquā alio mediante. niſi in proprio brachio triumphum docuit intelligibiles hoſtes ſuperādo. vn̄ ſequiē. Diſperſit ſuperbos mēte cordis ſui. ſcilicet quālibet mentem elatam non penitentem eius aduentui. qui etiam aparuit ⁊ vitioſas oſtendit ſuperbas cogitationes eorum. ¶ Cirillus. Magis autem proprie demonum hoſtili caterua intelligenda ſunt hec. hos eīn ſeuientes in terra diſſipauit aduemens dominꝯ. ⁊ compeditos ab eis obedientie ſue reſtituit. ¶ Theoph. Poteſt etiā hoc de iudeis intelligi quos in omnem diſperſit regionē. ſicut nūc diſperſi ſunt.

**¶ Depoſuit potentes de ſede ⁊ exaltauit humiles.**

¶ Beda. Quod dixerat fecit potentiam i brachio ſuo ⁊ quod premiſerat. Et miſericordia eius a progenie in progenies. Hijs verſiculis per ſingula ꝯtinua ē ānectēdū. q. d. i. per oēs ſeculi generationes ⁊ perire ſuperbi ⁊ humiles exaltari pia iuſtaq; diuine potētie diſpenſatione non ceſſāt. Unde dicē. Depoſuit potentes de ſede ⁊ exaltauit humiles. ¶ Cirillus. Magna ſapiebant demōes ⁊ diabolus gentilium ſapientes. Pharſei ⁊ ſcribe hos tamen depoſuit. erexitq; humiliātes ſe ſub potenti manu dei dās illis virtutem calcandi ſerpentes ⁊ ſcorpiones. omnemq; poteſtatem inimici. Erant ⁊ quiq; iudei poteſtate ſuperbi. ſed proſtrauit hos incredulitas. Ex gentibus autem ignobiles ⁊ humiles per fidem ad apicem conſcenderunt. ¶ Grecꝯ. Dicitur eīn tribunal noſter intellectus et cognoſcitē. ſed inique virtutes poſt tranſgreſſionem incubuerunt precordijs prothoplaſti. tanq; in proprio ſolio. Ob hoc ergo venit dominus. ſpūs iniquos eiecit a ſedibus voluntatum. ⁊ proſtratos a demonijs exaltauit. eorum conſcientias purgans ⁊ eorum mētem ſtatuens propriam ſedem.

**¶ Eſurientes impleuit bonis ⁊ diuites dimiſit inanes.**

¶ Silo. Quia humana proſperitas precipue in honoribus potentatum ⁊ in abundantia diuitiarum ꝯſiſtere videtur. poſt deiectionē potentium ⁊ exaltationem humilium de diuitum exinanitione ⁊ pauperum repletione mentionem facit dicens. Eſurientes impleuit bonis ⁊ diuites dimiſit inanes. ¶ Baſilius. Depoſuit quidem nos preſens verbum etiā quo ad ſenſibilia edocens rerum mundanarum icertitudinem. Caduca ſiquidem ſunt hec ſicut vnda que ab impetu ventorum hinc inde diffunditur. Intellectualiter autem ſome̅

eſuriebat gen⁹ humanum exceptis iudeis hos nam ꝗ ditauerat legis tradicio ⁊ ſanctorum dogmata Prophetarum Quia vero non humiliter hꝰſerunt verbo humanato dimiſſi ſūt inanes. nihil deferentes nō fidem. non ſcienciam ⁊ ſpe bonorum priuati ſūt ⁊ a terrena Jeruſalem ⁊ a vita futa excluſi Quos vero de gentibus fames ⁊ ſitis ↄtriuerat cū heſiſſet domino repleti ſunt ſpiritualib⁹ bonis ¶ Gloſa Qui ećiam terrena toto ſtudio quaſi eſurientes deſiderant ſaturabuntur. cū Chriſtus aparuerit i gloria Sed qui terrenis gaudent in fine totius beatitudinis in anes dimittentur.

¶ Suſcepit iſrł puerū ſuū rcordatus miſericordie ſue Sicut locutus eſt ad patres noſtros abraham ⁊ ſemini eius in ſecula.

¶ Gloſa poſt generalem diuine pietatis ⁊ iuſtitie cōmemoratonē ad ſingularē noue incarnationis diſpenſationē conuertit verba dicens Suſcepit iſrł puerum ſuum quaſi medicus egrum. inuiſibilis in homines factus ut faceret iſrael id eſt videntem deū puerum ſuum. ¶ Beda Obedientem ſcilicet ⁊ humilē Nam qui contemnit humiliari. non poteſt ſaluari. ¶ Baſilius Jrael enim dicit non materialem quē ſola nobilitabat appellatio. ſed ſpiritualem qui nomen fidei retinebat habens oculos tendentes ad deum videndum per fidem. Poteſt etiam ad iſrael carnalem hoc adaptari. cum ex eo infiniti crediderint Hoc aūt fecit Recordat⁹ miſericordie ſue Hoc enī impleuit qđ Abrahe pmiſerat dicens quoniā benedicēt in ſemine tuo omnes cognationes terre Huius ergo pmiſſionis dei genitrix recordata dicebat Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abraham ⁊ ſemini eius ī ſecula Nam ⁊ abrahe dictū eſt. Statuā pactū meū inter me ⁊ te. ⁊ inter ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis federe ſempiterno. ut ſī de⁹ tu⁹ ⁊ ſeminis tui poſt te. ¶ Beda Semen autem dicit nō tā carne progenitus ꝗ̄ fidei eius veſtigia ſecutus quibus aduentus ſaluatoris in ſecula promiſſus eſt ¶ Glo Quia ipſa promiſſio hereditatis nullo fine claudet. ⁊ vſq; in finem ſeculi credentes non deerunt ⁊ beatitudinis gloria erit plenmis.

¶ Manſit aūt maria cū illa q̄ſi menſib⁹ tribus ⁊ reuerſa eſt in domum ſuam.

¶ Ambro. Tamdiu māſit maria ꝗ̄diu eliſabeth pariendi tempus impleret. Unde dr̄ Māſit autem maria cum illa quaſi menſibus tribus ¶ Theophilus Jn ſexto enim menſe conceptionis Precurſoris venit angelus ad mariam que manſit cū eliſabeth menſibus tribus ⁊ ſic nouem menſes implenē ¶ Amb. Non autem ſola familiaritas eſt cauſa ꝙ diu māſit ſed etiam tanti nati profectio. Nā ſi primo ingreſſu tātus pgreſſ⁹ extitit ut ad ſalutationē marie exultaret infans in vtero Repletē ſpūſancto mater infantis. quātū putam⁹ vſu tāti tēporis ſancte marie addidiſſe preſentiam. Bene ergo inducit ⁊ exhibuiſſe officium ⁊ miſticum numerū cuſtodiſſe ¶ Beda. aīa enī caſta que ſpiritualis verbi deſideriū concipit. neceſſe eſt vt alta celeſtis exercitus uiga ſubeat ⁊ ꝗ̄ tertium menſium dies ibidem demorata quouſq; fidei ⁊ ſpei ⁊ caritatis luce radietur perſeuerare non deſiſtat ¶ Theoph. Quādo vo eliſabeth paritura erat virgo receſſit. vnde ſequitur Et reuerſa eſt i domū ſuam ſcilicet ppter multitudinem que ad partum cōgregari debebat. Jnconueniens autem erat in talibus virginē ibi eſſe preſentē. Grecus Mos enī eſt virginibus cedere quotiens pregnans parit vt autem ppriam applicuit domū alio quidem nullatenus abijt ibi vero manebat vlterius donec adeſſe part⁹ eius cognouit ibiq; ioſeph dubitans ab angelo edocetur

¶ Eliſabeth aūt impletum eſt temp⁹ pariendi. ⁊ peperit filiū Et audierūt vicini ⁊ cognati eius qꝛ magnificauit domin⁹ miſericordiam ſuā cum illa. ⁊ congratulabantur ei.

¶ Ambroſ. Si diligenter aduertas plenitudinis verbum nuſꝗ̄ inuenies poſitum niſi in generatione iuſtorum. vnde ⁊ nunc dicit. eliſabeth aūt impletum ē tempus pariēdi. plenitudinem enī habet vita iuſtorum inanes autem ſunt dies impiorū ¶ Crĩſ. Jdcirco deus eliſabeth partu; retardauit vt gaudium augeretur ⁊ famoſiorem faceret mulierem. Unde ſequitur Et audierunt vicini ⁊ cognati eius quia magnificauit dominus miſericordiam ſuam cum illa ⁊ congratulabant ei. nā q̄ ſterilitatem ei⁹ cognouerāt oīes diuine gratie ſunt effecti. Nemo autem ipſo nato cum ſilentio diſcedebat. ſed deū qui illū ex inſperato conceſſerat collaudabāt ¶ Ambro. Habet enī ſanctorum editio letitiam plurimorum quoniam cōmune eſt bonum. Juſticia enim cōmunis eſt virtus ⁊ ideo ortu iuſti future vite inſigne premittitur ⁊ gratia ſecuture virtutis exultatione vicinorum preſignante ſignificatur

¶ Et factum eſt in die octauo venerūt circūcidere puerum Et vocabāt eum nomine patris ſui zachariā. Et reſpondens mater eius dixit. q̄ Neq̄ ſed vocabitur iohannes Et dixerūt ad illam. qꝛ nemo eſt in cognatione tua. qui vocetur hoc nomine. Jnnuebant aūt patri eius quē vellet vocari eum Et poſtulans pugillarē. ſcripſit dicens Johannes eſt nomen eius Et mirati ſūt vniuerſi Apertū eſt autē illico os eius ⁊ lingua eius. ⁊ loquebatur benedicens deum.

¶ Criſ. Circūciſiōis nomina primo tradita ē abrahe in ſignū diſtinctōis ut ge⁹ patriarche ipermixtū ſeruet ⁊ ſic promiſſa bona conſequi valeant Sed poſtquam pacti cōſūmatur negociū a ppoſitum ſignum de medio tollit. Sic igitur ⁊ per xp̄m circūciſione ceſſante baptiſmus ſuccedit. ſꝫ antea iohēs circumcidebat. vñ dr̄ Et fa. ē ī die octa. ve. cir. pu. Decebat enī dominus infans. vij. dierū circūcidat in vulua

Hunc autem tempoꝛis menſuram a diuina clemen
tia cõſtitutam autumo duplici de cauſa. Primo qꝺ
vt in extrema etate leuiꝰ paꝛaret doloꝛem ſectionis
carnis. Secũdo vt ex ipſis opibus moueamur. qm̄ nõ
hec agebant in ſignum. Tener enim puer minime di
ſcernit que circa ipſũ fiunt. Poſt circũciſionẽ autem
nomen impõebatur. Unde ſequit. Et vocabant eũ no
mie patris ſui zachariam. Hoc autẽ ideo fiebat. q2 a
prius opoꝛtet ſumere ſignaculũ domini. ⁊ poſtea no
men humanum. Uel quia nullus niſi prius abijciat
carnalia quod ſignificat circũciſio dignus eſt q2 in li
bro vite nomen eius ſcribatur. ¶ Ambro. Mire aũt
ſanctus euangeliſta premittendum putauit. q2 pluri
mi infantem patris nomine zachariam appellandum
putarent. vt aduertas mr̃i nõ nomẽ alicꝰ diſplicuiſſe
degeneris. ſed io ſancto infuſum ſpiritu. qꝺ ab ãgelo
ante zacharie fuerat prenũciatum. Et quidem ille mu
tus intimare vocabulum filij nequiuit vxoꝛi. ſed ꝑ pro
phetiam eliſabeth didicit. qꝺ non didicerat a marito
Unde ſequitur. Et reſpondens mater eius dixit. ne
quaq̃ ſꝫ vocabit iohãnes. Nec mireris ſi nomẽ mu
lier qꝺ non audiuit aſſeruit quãdo ſpũs ei ſanctus q̃
angelo mandauerat reuelauit. Neq2 poterat domi
ignoꝛare prenunciũ q̃ ꝓphetauerat xp̄m. ⁊ hĩ ſeqt̃.
Et dixerunt ad illam quia nemo ẽ in cognatiõe tua
qui vocet̃ hoc nomine ut intelligas nomẽ non gene
ris eſſe ſed vatis. zacharias q2 nutu interrogatur.
Unde ſequit̃. Innuebant autem patri eius. quẽ vel
let vocari eum. Sed quia incredulitas ei affatum
ereperat ⁊ auditum. qꝺ voce nõ poterat. mãu ⁊ lite
ris eloquitur. Unde ſequitur. Et poſtulans pugilla
rem ſcripſit dicens. Johãnes ẽ nomen eius. Hoc ẽ
nõ a nos nomẽ impoſuimus. qui iam a deo nomen ac
cepit. ¶ Oꝛigenes. zacharias quidem interpretatur
memoꝛia dei. Johes autem ſignificat demonſtrãtem
ceterum ⁊ abſentis memoꝛia. ⁊ pſentis demõſtracõ
ẽ. Debebat autem iohannes nõ memoꝛiam dei vt ab
ſentis exprimere immo digito demonſtrare pñtem
dicens. Ecce agnus dei. ¶ Cris. Quin etiam hoc no
men iohannes. gratia dei interptat̃. Ex ergo gratia
diuina fauente nõ natura eliſabeth huc filium cepit
beneficij memoꝛiam. i nomine pueri cõſcripſerũt.
¶ Theoph. Quia vero cũ muliere circa hoc nomẽ
pueri pater mutus concoꝛdauit. Sequitur. Et mirati
ſunt vniuerſi. Nemo enim huiꝰ nomis erat in cog
natione eoꝝ. vt aliquis diceret q2 antea hoc ambo
cogitaſſent. ¶ Grego. Nazanzenus. Editus ergo
iohannes zacharie ſoluit ſilencium. Unde ſequit̃. Ap
ertũ eſt autem illico os eius. ⁊ lingua eius. Abſurdũ
enim erat. vt cum vox verbi progreſſa fuiſſet. pma
neret elinguis. ¶ Ambro. Merito etiam ꝯtinuo
reſoluta eſt lingua eius. quia quã uinxerat icredu
litas ſoluit fides. Credamus igit̃ ⁊ nos. ut lingua
noſtra que incredulitatis vinculis eſt ligata. rationis
voce ſoluatur. ſcribamus ſpũ miſteria. ſi volumus
loqui. Scribamꝰ prenũcium xp̄i ſꝫ nõ i tabulis lapi
deis ſꝫ in tabulis coꝛdis carnalib. Etenim qui Johan
nem loquit̃ xp̄i ꝓphetizat. Sequit̃ enim. Et loqueba
tur benedicens deũ. ¶ Beda. Allegoꝛice aũt Johis
celebrata natiuitas. gr̃a noui teſtamenti ẽ inchoata
ſublimitas cũi vicini ⁊ cogn̄a pr̄is nomẽ q̃ iohãnis
imponere malebant. quia iudei q̃ ei legis obſeruati
one quaſi affinitate iuncti erãt. magis iuſticiam que
ex legis eſt ſectari. q̃ fidei gr̃am ſuſcipere cupiebãt
Sed iohannis hoc ẽ gr̃e dei vocabulum. mater ver
bis. pater literis. nunciare ſatagunt. quia ⁊ lex ipſa
pſalmiq2 ⁊ ꝓphete. apertis ſententiaꝝ vocibus gr̃aꝫ
xp̄i predicant. Et ſacerdotium illud vetus figurati
cerimoniarum. ⁊ ſacrificioꝝ vmbris. eidem teſti
monium perhibet. Pulchreq2 zacharias. viij. die pꝛ
edite loquit̃ quia ꝑ domini reſurrectionẽ que octaua
die. hoc eſt. poſt ſeptimũ ſabbati facta eſt. occulta le
galis ſacerdocij archana patuerunt.

¶ Et factus ẽ timoꝛ ſuper omnes vicinos
eoꝛum ⁊ ſuper omnia montana iudee diuul
gabantur omnia verba hec. ⁊ poſuerunt
omnes qui audierant. in coꝛde ſuo dicentes
Quiſputas puer iſte erit. etenim manus
domini erat cum illo.

¶ Theoph. Sicut in taciturnitate zacharie miratꝰ
eſt populus. ita ⁊ cũ locutus ẽ. Unde dicit̃. Et factꝰ
ẽ timoꝛ ſup omnes vicinos eoꝝ ⁊ ſup oĩa montana
iudee diuulgabant̃ omnia verba hec. ut propter hec
duo magnum aliquid circa natum puerꝫ vniuerſi
exiſtiment. Hec autem omnia diſpenſatiue fiebant.
ut qui teſtis eſſe xp̄i debebat. exiſteret fide dignus
Unde ſequitur. Et poſuerunt omnes qui audierant
in coꝛde ſuo dicentes. Quiſputas puer iſte erit.
¶ Beda. Precurrentia eñ ſigna. prebent iter pre
curſoꝛi veritatis ⁊ futurus ꝓpheta. premiſſis com
mendatur auſpicijs. Unde ſequit̃. Etenim manꝰ dñi
erat cum illo. ¶ Tilo. Prodigia eñ deus in illo per
agebat. que non faciebat iohannes. ſꝫ dextera diui
¶ Grecus. Miſtice autem tempoꝛe dñice reſurre
ctionis. predicata gratia xp̄i ſalubris timoꝛ. non ſolũ
iudeoꝝ in. Quia erant vicini vel ſitu loci. vł ſciẽtia
legis ſedebant exterioꝝ gentium coꝛda cõcuſſit nec
tantũ montana iudee. ſed oĩa mundani regni. mun
danęq2 ſapie culmĩa xp̄i fama trãſcẽdit vł clamĩa.

¶ Et zacharias pater eius impletus ẽ ſpi
ritu ſancto ⁊ prophetauit dicens. Benedi
ctus dominus deus iſrael quia viſitauit ⁊
fecit redemptionem plebis ſue.

¶ Ambro. Bonus deus ⁊ facilis indulgere pecca
tis nõ ſolũ ablata reſtituit ſed etiã inſperatã cõcedit
nẽo gꝰ diffidat nemo veteꝝ ꝯſcius delictoꝝ pmia di
uina deſperet. nouit deus mutare ſententiã. ſi tu mo
ueris emendare delictum. Ille ſiquidem dudum mu
tus ꝓphetizat. Unde dicit̃. Et zacharias pater eius
impletus eſt ſpũſancto. ¶ Cris. Scilicet operatiõe ſan
cti ſpiritus. nec quocũq2 modo gr̃am ſpũſancti nactꝰ
ſed ad plenum. ⁊ fulgebat in eo ꝓphetie donum.
Unde ſeqt̃. Et ꝓphetauit. ¶ Orig. Plenꝰ aũt ſpũſancto
zacharias duas prophecias generaliter nunciat. pri
mam de xp̄o. alterã de iohanne. Quod manifeſte de

verbis illius probatur In quibus quaſi de preſenti Et quaſi iam verſarentur in mundo loquitur de iohāne Et primo de ſaluatore dicēs Benedictus dominus deus iſrael quia viſitauit et fecit redemptionem plebis ſue. ¶ Criſ. Dum deum benediceret zacharias. viſitatiōem dicit eſſe factam ab eo erga populū ſuū ſiue materiales iſraelitas quis velit accipe. Venit enī ad oues que perierāt domus iſrael. ſiue ſpirituales. id eſt fideles qui digni fuerunt hac viſitatione. efficacem erga ſe diuinam prouiſionē facientes. ¶ Beda Viſitauit autem dominus plebem ſuā quaſi longa infirmitate tabeſcentem. et quaſi vēditā ſub peccato. vnici filij ſui ſanguine redemit. Quod quia zacharias proximo faciendum cognouerat. Prophetico more quaſi iam factum viderat Dicit autem plebem ſuam Non quia veniens. ſuam inuenit ſed quia viſitando ſuam fecit.

¶ Et erexit cornu ſalutis nobis ī domo dauit pueri ſui

¶ Theoph. Videbat deus dormire peccata multa reſpiciens ſed ī nouiſſimis incarnatus temporibus excitatus eſt et contriuit demones. qui nos oderant. Unde dicit Et erexit cornu ſalutis nobis in domo dauid pueri ſui. ¶ Origenes. Quia de ſemine dauid ſecūdū carnem natus eſt xp̄s Unde dicit cornu ſalutis in domo dauid ſicut et alibi dictum eſt. vinea facta eſt ī cornu id eſt in iheſu xp̄o. ¶ Criſ. Cornu aūt nominat poteſtatem gloriam et famam. methaphorice a brutis animalibus illud accipiens. quibus loco muniminis et glorie cornua deus dedit. ¶ Beda Cornu etiam ſalutis. regnū ſaluatoris xp̄i vocatur oſſa ſiquidem oīa carne inuoluta ſunt cornu excedit carnē et idō cornu ſalutis regnū ſaluatoris xp̄i vocatur. quo mundus et carnis gaudia ſuperat. in cuius figuram dauid et Salomon in cornu olei. ſunt in regni gloriam conſecrati.

¶ Sicut locutus eſt per os ſanctorum qui aſeculo ſunt prophetarū eius

¶ Theoph. Quod de domo dauid xp̄s naſceretur Michias mentionem facit dicens. Et tu benedicta bethleem terra iuda nequaq̄ minima es ex te enī exiet dux qui reget populum meum iſrael. Sed et omnes prophete de īcarnationē dixerunt. Et ideo dicitur. Sicut locutus eſt per os ſanctorum. prophetarum. ¶ Grecus per quod innuit deum per illos eſſe locutum. et non eſſe humanum quod dixerunt. ¶ Beda. Dicit autem. q̄ a ſeculo ſunt. quia tota veteris teſtamenti ſcriptura propheice de chriſto proceſſit. Nam et ipſe pater Adam et ceteri patrum. factis ſuis eius diſpenſatōi teſtimonium reddūt.

¶ Salutem ex īimicis noſtris et de manu omnium qui oderunt nos

¶ Beda Cum primo breuiter premiſiſſet erexit cornu ſalutis nobis. continuo explanans quid dixerit ſubdit. Salutem ex inimicis noſtris. quaſi diceret. erexit nobis cornu. id eſt erexit nobis ſalutem ex inimicis noſtris. Et de manu oīm qui oderunt nos. ¶ Origenes Non autem putemus nunc de corporalibus inimicis dici. ſed de ſpiritalibus. Venit enī dn̄s iheſus fortis in prelio deſtruere omnes inimicos noſtros ut nos de eorum inſidijs et temptationibus liberos faceret.

¶ Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris et memorari teſtamenti ſui ſancti. Jus iurandum quod iurauit ad abrahā patrem noſtrum daturū ſe nobis

¶ Beda. Dixerat dominum iuxta eloquia prophetarum ī domo dauid naſciturum. dicit eundem ad explendum teſtamentum quod abrahe diſpoſuit nos eſſe liberaturum quibus precipue patriarchis de ſuo ſemine vel congregatio gentium. vel chriſti eſt incarnatio promiſſa. promittitur aūt dauid quia Abrahe ſanctus eccleſie cetus eſt promiſſus. Dauid autem quod ex eo xp̄s naſciturus eſſet. audiuit. Et ideo poſt quod dictum eſt de Dauid. ſubdit de Abraam. dicens Ad faciēdam miſericordiam cum patribus noſtris ¶ Origenes Ego puto quod in aduentu domini Saluatoris et abraam et yſaac et Jacob fructi ſunt miſericordia eius. Non enim credibile ut qui prius viderunt diem illius et letati ſunt. et poſtea in aduentu ipſius nihil vtilitatis accipent. cum ſcriptum ſit Pacem faciens per ſanguinem crucis ſue. ſiue ſuper terram ſiue in celis ¶ Theophilus Chriſti etiam gratia ſe vſque ad illos extendit. qui mortui extiterunt. quia per eum reſurgemus. nonſolum nos. ſed et qui fuerūt ante mortui Fecit et miſericordiam cum patribus noſtris. Eo quod eorum ſpem et deſiderium impleuit. paret Deſiquitur. Et memorari teſtamenti ſui ſancti. illud ſcilicet de quo dicitur. Benedicens benedicam tibi et multiplicabo te. Multiplicatus eſt enim abraham in omnibus gentibus per imitationem fidei eius [illegible] tis in filios. ſed etiam patres videntes ſuos filios talia beneficia cepiſſe congaudent et recipiunt miſericordiam in ſeipſis Unde ſequitur. Jusiurandū quod iurauit ad abraham patrem noſtrum daturū ſe nobis. ¶ Baſilius. Nemo autem audiens quod iurauit dn̄s abrahe. ad iurandum ſit promptus. Sicut enim furor de deo dictus non ſignificat paſſionem. ſed punitionem. ſic neque deus iurat ut homo. ſed verbum eius loco iuramēti nobis ad veritatem exprimit immutabili ſcientia. quod promiſſum ē approbans.

¶ Ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi

¶ Criſ. Quia erexit nobis cornu ſalutis in domo dauid dixerat quod per ipſi et gloriā ſperpetuam. et diſpendia inimici vitāus. vnde dicit. Ut ſine tiore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi. Duo predicta mortale repiet aliquis ſeſe comitantia. plures enī euaſerunt pericula. ſed vita glorioſa priuātur ſicut ſceleris perpetratores. qui de carcere ex indulgentia regis abſoluuntur Econtra gaudent alij gloria. ſed obdiant pericula cogunctur. ſicut milites bellicoſi. vitam ducentes amplexantes. ſecuritate multociens caruerunt Hoc cornu. et ſalutat et glorificat ſalutat quidem eripiēs a manibus hoſtiū. non leuiter. ſed mirifice ut nullus vltra timedū. et hoc ē quod dicit. vt ſine timore ¶ Dicit ait chro de hoſtiū māu aliq̄ liberati ſi abſque timore

Cum enim metus ⁊ diſcrimen ante preceſſerint . ⁊
ſic de inimicoꝝ manu quis eruat᷑ liberatus eſt ꝗdem
ſꝫ nō ſine timore · ideo dixit ꝙ xp̄i aduentus ſine tīore
nos a manibus hoſtium eripi fecit · Non enim eorū
inſidias ſenſimus · ſed repente ab eis nos ſegregās ·
eduxit ad ſortis proprie manſionem ·

¶ Criſ · Gloꝛificat zacharias dominū ꝗa facit nos ſibi ſuire cū plena fiducia · non carnaliter ut iudei in ſanguine victimaꝝ ſed ſpiritaliter ī bonis opibus Et hꝯ ē qḋ dicit

¶ In ſanctitate ⁊ iuſticia coꝛam ipſo omnibꝰ diebus noſtris.

In ſanctitate ⁊ iuſticia Eſt enim ſanctitas apud deum equitas Iuſticia vero que eſt circa hoīes puta ꝙ aliquis reuerenter exequat᷑ diuina · ⁊
que ad homines laudabiliter cōuerſet᷑ · Dicit aūt · nō
coꝛam hominibus placere ſed coꝛam deo · Sicut hi ꝗꝛ
dam non ē ab homībꝰ · ſꝫ a deo · ⁊ hoc non ſemel · aut
ad tempus ſed ſingulis diebus · ⁊ quādiu uixerint ·
vñ dicit oībꝫ diebus noſtris ¶ Beda Mā ꝗ vel ante
mortem ab eius ſeruicio diſcedit · vel immundicia q̄li
bet · ſiue iniuſticia fidei ſue ſinceritatem cōmaculat ·
vel coꝛam hominibꝰ tantum · ⁊ non coꝛam deo ſanctus
⁊ iuſtus eſſe contendit · nondum perfecte de manu
ſpiritaliū inimicoꝝ liberatus dn̄o ſuit · Sꝫ exemplo
verꝫ ſanctoꝝ dn̄o ſuit ꝙ · ⁊ dn̄o ſuiré conat᷑

¶ Et tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis. pꝛeibis enim añ faciem domini parare vias eius

¶ Ambroſiꝰ Pulcre cū de dn̄o ꝓpheta ret ad ꝓphetam ſua verba conuertit · Ut hoc ꝗ beneficium eſſe domi
deſignaret · ne cum publica numeraret · ſua quaſi in=
gratus tacuiſſe videtur Et tu puer propheta altiſ
ſimi vocaberis ¶ Orige · Ideo reoꝛ zachariam feſti=
naſſe vt loqueretur ad puerum · quia ſciebat eum
poſt paululū in heremo moraturum · nec ſe eius poſ
ſe habere preſentiā ¶ Ambro · Sed foꝛtaſſe aliqui
quaſi irrationabilem mētis exceſſum putent ꝙ octo
dierꝫ infantem alloquat᷑ · verum ſi tenemus ſupioꝛa · ī
telligimus profecto ꝙ potuit vocem patris natꝰ au
dire · qui mane ſalutationē anteꝗꝫ naſceret᷑ audiuit ·
Sciebat ꝓpheta alias eſſe aures prophete · que ſpū
dei non corporis etate reſeruant᷑ · habebat intelligēdi
ſenſum qui exultandi habebat affectum · ¶ Beda ·
Nec foꝛte putandus ē zacharias ꝓpter eos ꝗ aderāt
poꝰ inſtruendos · ſuta ſui filij mūera ꝗ dudū p an
gelum didicerat · mox ut loqui potuit · predicare
voluiſſe · Audiant Arriani ꝙ xp̄m quē iohānes pro
phetādo pꝛeibat · altiſſimū vocat Qui ⁊ ī pſalmo di
citur Homo natus eſt in ea · ⁊ ipſe fundauit eam al=
tiſſimus ¶ Criſ · Sicut autem regibus cōmilitones
ſunt qui eis uiciniores exiſtunt · ſic ⁊ iohannes cum
eſſet amicus ſponſi de prope eius aduentum preceſ
ſit ⁊ hoc ē ꝙ ſubdit᷑ · Peribis enim ante fa · do · pa
rare vias · Alij enim ꝓphete eminus xp̄i miſterium p̄
dicauerunt · hic vero propius predicauit · vt eum
etiam indicaret ¶ Greg · xix · moꝛal · Quiſꝗs autē
predicando a ſoꝛdibus vicioꝝ coꝛda audientiū mūdat ·
venienti ſapientie ad coꝛ uiam preparat ·

Ad dandā ſciētiam ſalutis plebi eius in remiſſiōꝫ peccatoꝝ eoꝝ.

¶ Theoph · Precurſoꝛ viam domini preparauit · exponit · ſubdens Ad dandam ſciē tiā ſalutis plebi eius
Salus dn̄s iħs ē · data ē autem plebi ſcientia ſalutis
id eſt xp̄i a iohāne qui teſtimonium pꝛhibebat de xp̄o
¶ Beda Quaſi enī ihesu id eſt ſaluatoris nomē ex
ponere deſiderans · ſalutis mentionem frequētat · Sꝫ
ne tempoꝛalem ſalutem promitti putarent · ſubdit ·
In remiſſionem peccatoꝛum eoꝝ ¶ Theoph · Non
enim aliter cognitus eſſet deꝰ · niſi plebi peccata di=
miſiſſet Dei enim peccata ē dimittere · ¶ Beda · ve
rum iudei non chriſtū ſuſcipere · ſed antixp̄m malūt
expectare · quia non intus a peccati dominio ſꝫ foꝛis
ab humane ſeruitutis iugo cupiunt liberari ·

Per viſcera miſericoꝛdie dei noſtri inꝗbꝰ viſitauit nos oriēs ex alto.

¶ Theoph · Quia deus peccata nobis dimſit ñ ꝓpter opa noſtra ſꝫ ꝓpter miſericoꝛdiā ſuā ideo conuenient᷑
addidit Per viſcera miſericoꝛdie dei noſtri ¶ Criſ ·
Quā quidem miſericoꝛdiam nō ipſi met inquirentes
inuenimus ſed deſup nobis deus aperuit · Unde ſeq̄t
In ꝗbus ſcilicet miſericoꝛdie opibus · uiſitauit nos
aſſumpta carne oriens ex alto ¶ Grecꝰ In altis p
manens · tamen ī terrenis pn̄s nō diuiſionē patiens
neqꝫ circūſcriptionem · quod intellectus noſter comp̄
hendere non poteſt nec vlla ſerie verboꝝ exprimere

¶ Illuminare his qui in tenebris ⁊ in vmbra mortis ſedēt ad dirigē dos pedes noſtros in viam pacis.

¶ Beda Recte xp̄s oriens vocat᷑ quia nobis oꝛtum vere lucis aperuit vnde dicit Illuminare hijs qui ī tenebꝛis ⁊ ī ūbra mortis ſedēt ¶ Criſ tenebras
hic appellat non materiales · ſed erroꝛem ⁊ a fide diſ
ſtantiam · ¶ Baſilius · Tenebroſa enim erat plebs
gentilis · que idoloꝝ cultu grauabat᷑ · donec lux orta
diſperſit caliginem ⁊ ſplendoꝛem veritatis expādit
¶ Gre · iiij · mo · Umbra vō mortis obliuio mētis ac
cipit᷑ · Sicut enī mors hoc qḋ interficit · agit ut non
ſit in memoꝛia · Unḋ iudeoꝝ populus qui oblitꝰ fue
rat dicit᷑ in vmbra moꝛtis ſedere · vmbra etiā moꝛtis
moꝛs carnis accipit᷑ · Quia ſicut vera moꝛs ē ꝗꝫ aīa
ſepat᷑ a deo · ita vmbra moꝛtis ē · qua caro ſeparatur
ab anima · Unde voce Martirū dicit᷑ · Operuit nos
vmbra moꝛtis Per vmbram etiam moꝛtis imitatio
diaboli · qui moꝛs in apocalipſi dicit᷑ · deſignat᷑ Quia
ſicut vmbra iuxta qualitatē corpoꝛis ducit᷑ · ita acti
ones iniquoꝝ de ſpecie imitatiōis eius exprimūtur
¶ Criſ · Recte aūt dicit ſedentes · nō enī ambulabamꝰ
in tenebꝛis · ſed ſedebamus · ¶ Theoph · Non ſolum
autem oriens dominus hijs qui in tenebꝛis ſedent · il
luminat · ſꝫ aliquid amplius facit · vnde ſequitur Ad
dirigendos pedes noſtros in uiam pacis · via pacis ·
via eſt iuſticie · ad quam dixit pedes id eſt affectus
animaꝝ noſtraꝝ ¶ Grego · in omel · Tunc etiā greſ
ſus noſtros in uiam pacis dirigimus · quando per il
lud actionum iter pergimus ī quo ab auctoꝛis noſtri
gracia non diſcoꝛdemus · ¶ Ambro · Simul ⁊ illud
aduerte ꝗꝫ paucis Eliſabeth · ꝗꝫ multis zacharias
propheti ſet · ⁊ vterqꝫ ſancto impletus ſpū loquebat᷑

ſꝫ diſciplina fuat ut mulier diſcere magis que dina ſunt· ſtudeat ꝙꝫ docere·

¶ Puer aūt creſcebat ⁊ confortabatᷣ ſpū et erat in deſertis uſqꝫ ad diē oſtēſiōis ſue ad iſrł

¶ Beda· Predicator penitentie futurus ut liberiꝰ auditores ſuos a mundi illecebris eru diendo ſuſtollat· prime uam in deſertis tranſigit vitam Dn̄ dr̄ Puer autꝫ creſcebat ¶ Tho· Scd̄m corporalem etatem Et cō fortabatᷣ ſpū Simꝰ enī cum corpore· ſpiritale donū creſcebat ⁊ ſpūs operationes in eo magis ac magis oſtendebanᷣ ¶ Orige· Vel creſcebat ſpū· nec in ea dem permanebat mēſura qua cepat· ſed ſemp creſce bat ſpūs in eo· ſemp voluntas eius ad meliora ten dens habebat profectus ſuos· ⁊ mens diuinius aliqd contemplabatᷣ· Exercebat ſe memoria vt pura i the ſauro ſuo reconderet Addit aūt Et confortabatur Infirma· n· eſt humana natᷣa Legimus enī Caro ifir ma Confortanda eſt itaqꝫ ſpū· ſpūs enī promptus ē Multi confortanᷣ carne· athleta dei ſpū roborandꝰ eſt vt ſapientiam carnis elidat Unde receſſit fugiēs tumultum vrbium ꝓpter frequētiam Sequitᷣ enim Et erat in deſertis· vbi purior aer ē· celum apertius ⁊ familiarior deus· vt quia nondum baptiſmi ⁊ pre dicationis tempus aduenerat· vacaret orationibꝫ· ⁊ cum angelis ꝯuerſaretᷣ appellaret dn̄m· ⁊ illum au dire dicentem Ecce aſſum· ¶ Tho· Vel erat i deſ tis ut extra mltoꝝ maliciā nutiretᷣ ⁊ ut neminē ve reretᷣ arguere Si enī fuiſſet in mundo forte fuiſſet amicicia ⁊ conuerſatione hoīm damnatꝰ· ſimul etiā vt eſſet fide dignus· qui predicaturus erat xp̄m· oc cultabatur autem in deſertis· donec placuit deo· ipſū iſraelitico populo demonſtrare· Unde ſequitᷣ· Uſqꝫ ad diem oſtenſionis ſue ad iſrael ¶ Ambroſ· Pulcre autē tempus quo fuit in vtero· ꝓpheta deſcribitur ne marie pn̄tia taceatᷣ· ſed tempus ſiletur īfancie· eo ꝙ pn̄tia matris dn̄i in vtero roboratur· qui infantis impedimenta neſciuit·

## Capitulum ſecundum.

non enim i cassũ laborabũt euãgelice doctrine rethe
tendentes sed greges gentiũ aggregabunt. ¶ Aug
de con. euang. Qd autem retia rumpebanẽ piscium
copia ⁊ nauicule implete sunt ita vt pene mergerē
tur. significat hominũ carnalium multitudinem tan
tam futuram i ecclesia vt etiam disruptione pacis
per hereses ⁊ scismata scinderentur. ¶ Beda.
Rumpiẽ autem rete. sed nõ labitur piscis q̃a suos
dominus etiam inter p̃sequentium scandala seruat.
¶ Ambro. Alia autem nauis est iudea. ex qua iohã
⁊ iacobus eliguntẽ. Hij igiẽ de Sinagoga ad naui
Petri hoc est ad ecclesiam conuenerunt vt iplerēt
ambas nauiculas. Omnes enĩ in nomine ihesu genu
flectunt. siue iudeus siue grecus. ¶ Beda. Uel alia
nauis est ecclesia gentium que ⁊ ipsa vna nauicula
non sufficiente piscibus impleẽ electis. Quia no
uit dominus qui sunt eius ⁊ apud ipm certus ē su
orum numerus electoꝝ. dũq; tot i iudea credituros
non inuenit q̃t ad fidem vitamq; predestinatos nouit
eternam quasi alterius nauis receptacula piscibus q̃
rens suis. corda q̃ gentium fidei gratia replet. ⁊ be
ne rupto rethi socia nauis aduocatur. quando autẽ

iudas proditor Simon magus Ananias et ſaphira et multi diſcipulorum abierunt retro. ac deinde barnabas et paulus a gentium ſūt apoſtolatu ſegregati ¶ Ambro. Poſſumus tamē et aliam eccleſiam intelligere nauim alterius. ab vna enim plures eccleſie deriuantur ¶ Ciril. Innuit aūt ſocijs ut auxiliarētur eis. Multi enī ſequūtur apoſtolorum labores et prius illi qui euangeliorum ediderunt ſcripturas. poſt quos alij preſules et populoꝝ paſtores et iudeitatis doctrina periti. ¶ Beda. Pax autem impletio nauiū uſqꝫ i fines ſeculi creſcit. ſꝫ ꝙ iplete mergūt hoc ē i ſubmerſione ꝑmanēt. non enī ſunt ſubmerſe. ſed pieli tare apl'us expomt dicēs In nouiſſimis diebus erunt tempora periculoſa et erunt homines ſe ipſos amātes ꝛc. Nā mergi naues eſt homines i ſeculo ex q̄ electi ꝑ fidem fuerāt moꝝ prauitate relabi

¶ Quod cū videret ſym̄ō petrus. procidit ad genua ihesu dicēs Exi a me. quia homo peccator ſum domine Stupor enim circumdederat eum et omnes qui cum illo erant i captura piſcium q̄ ceperant Similr aūtē iacobū et iohannem filios zebedei qui erāt ſocij ſimonis Et ait ad ſimonem ihesus Noli timere ex hoc iam homines eris capiens et ſubductis ad terram nauibus relictis omnibus ſecuti ſunt eum.

¶ Ambroſ. Admirabatur petrus dona diuina et quo plus meruerat hꝰ preſumebat minus. vnde dr̄ Qd̄ cum videret Simon Petrus. procidit ad genua ihesu dicens Exi a me quia peccator ſum domine ¶ Ciril. Reducens enī ad cōſcientiā patrata delicta tremit et trepidat et velut imundus mundū nō credat ſe poſſe ſuſcipe. acceprat enim a lege diſtinguēdum eſſe inter maculatum et ſanctum ¶ Grego. niſſenus Cum enī mandaſſet demergere retia tota copia piſcium capta eſt. quātum ipſe maris dominꝰ et terre voluerit Vox enī verbi ſemꝑ ē vox virtutis. cuius ꝑcepto in origine mūdi lux et cetere creature prodibant. In his admirat̄ petrus Unde ſequitur Stupor enī circūdederat eum et omnes qui cum illo erant. in captura piſciū quā ceperant. ſimiliter autē iacobum et iohānem filios zebedei qui erāt ſocij ſimonis ¶ Aug. de con. euā. Andreā non noiat. qui tñ i telligit̄ i ea naui fuiſſe ſm mathei et marci narratōꝫ Sequit̄. et ait ad ſimonē ihesus Noli timere ¶ Amb. Dic et tu Exi a me domine quia peccator ſum. vt rn̄deat tibi deus. Noli timere. Indulgenti domino peccatum fatere Vides q̄ꝫ bonus dn̄s qui tm̄ tribuit hoib' ut viuificādi habeāt poteſtatem. vnde ſequit̄ Ex hoc iam hoīes eris capiens. ¶ Beda. Hoc ad ipm̄ petrum ſpecialiter ꝑtinet. Exponit enim ei dn̄s quid hec captura piſcium ſignificet. ꝙ ſcilicet ipſe ſicut nūc ꝑ retia piſces. ſic aliqñ ꝑ v̄ba ſit capturus hoīes totus ſacti huiꝰ ordo quid in eccl'ia cuius ipſe typū tenet quotidie gerat̄ oñdit ¶ Criſ. Cōſidera aūt eoꝝ fidem et obedientiā habentes enī opus ꝑ manibus appetibilis piſcatōis cum audiſſent mandatum nō diſtulerūt ſꝫ relictis oīb' ſecuti ſūt. Talē enī obedientiā requirit a nobis xp̄s. ut eā non ꝑtermittamus etiā ſi aliquid valde neceſſariū vrgeat. Unde ſequit̄ Et ſubductis ad terram nauib'. relictis oīb' ſecuti ſunt eum. ¶ Aug. de con. euā. Matheus et marcus breuiter hoc ꝑſtringunt. quēadmodū geſtū ſit q̄d lucas hic apertius explicauit. Hoc tamen videt̄ diſtare q̄ tm̄ petro a dn̄o dictū cōmemorat ex hoc iā hoīes eris capiēs q̄d illi ābob' fratrib' dictū eſſe narrauerūt. potuit vtiqꝫ prius hoc petro dici. cū de capta ingenti multitudie piſciū miraret̄. q̄d lucas inſinuat et ambobus poſtea q̄d illi duo cōmemorauerūt. vt intelligendū ē hꝰ ꝑmo fuiſſe factū. q̄d lucas cōmemorat. nec tunc eos a domino vocatos. ſed tm̄ fuiſſe predictū petro ꝙ hoīes eſſet capturus. non aūt ꝙ nūqꝫ piſces eēt capturꝰ. Unde datur locus itelligere eos ad capturā piſciū remeaſſe ut poſtea fieret q̄d matheus et marcus narrant. Tunc non ſubductis ad terram nauibus tanqꝫ cura redeundi. ſed ita eū ſecuti ſunt tanqꝫ vocantem aut iubentem. ſed ſi ſecundum iohannem iuxta iordanem ſecuti ſunt eum petrus et andreas quomodo ab alijs euangeliſtis dicit̄ ꝙ eos i galilea piſcātes inuenit. et ad diſcipulatum vocauit' nī ſit intelligendum ē non ſic eos vidiſſe dn̄m iuxta iordanem. ut ei iā iſeparabilr̄ cohererent. ſed tantū cognouiſſe quis eſſet. eūqꝫ miratos ad ꝓpria remeaſſe. ¶ Ambro. Miſtice autem quos petrus i ſua capit i verbo credidit. negat ſuam predam. negat ſui munus Exi inquit a me dn̄e Noli timere et tu quod tuum ſunt dn̄o deferre quia que ſua nobis ille conceſſit. ¶ Aug. de que. euā. Uel aliter ex plena eccl'ia carnalibus hoib' plene Petrꝰ dicit Exi a me quia peccator ſum tanqꝫ eccleſia turbis carnalium plena et eorum moribus pene ſubmerſa regnū ſpiritalium in quibus maxime perſona xp̄i eminet a ſe quodammodo repellit. Non enim hoc voce lingue dicunt bonis hominis miniſtris dei vt eos a ſe repellant. ſed voce morum et actuū ſuadent a ſe recedi. ne ꝑ bonos regantur. et eo vehementius quo deferūt eis honorē ut hi nonſuſcipiāt eoꝝ ſignificauerit petrus cadens ad pedes domini. Mores aūt ꝙ i eo dix' Exi a me. ¶ Beda. Confortat autem dn̄s timorem carnalium ne de vel de ſue conſcientie culpe tremens vel ſ alioꝝ innocentia ſtupens ſanctitatis iter formidet aggredi. ¶ Auguſti. de queſti euāgeliſtarum Dominus autem dum non receſſit ab eis ſignificat in bonis et ſpiritalibus viris non eſſe oportere hanc voluntatem ut peccatis turbarum cōmoti. quo quaſi ſecurius tranquillius qꝫ viuant. munus eccleſiaſticum deſerant. quod autem ſubductis ad terram nauibus relictis oīb' ſecuti ſunt eum poteſt ſignificare finem temporis quo ab huius mundi ſalo qui chriſto miſerum penitus receſſuri ſunt.

¶ Et factum eſt cum eſſet in vna ciuitatū et ecce vir plenus lepra et videns ihesum et procidens in faciens. rogauit eum dicens. Domine ſi vis potes me mundare. et extendens Ihesus manum tetigit illum dicens.

Volo mundare Et confeſtim lepra diſceſſit
ab illo Et precepit illi ut nemi diceret Sed
uade oſtende te ſacerdoti ⁊ offer ꝓ emūda-
cione tua ſicut precepit moyſes in teſtimo
nium illis Perambulabat autem magis ſer
mo de illo Et conueniebāt turbe multe ut au
dirent ⁊ curarentur ab īfirmitatibus ſuis
Ipſe aūt ſecedebat in deſertū ⁊ orabat.

Ambroſi. Quarto ſigno ex quo in capharnaum
venit leproſus ſanatur Sꝫ aūt quarto die
ſolem illuſtrauit ⁊ clariorem ceteris fecit. hoc clarius
opus eſtimare debemus de quo dicit Et factū eſt cū
eſſet in vna ciuitatū ⁊ ecce vir plenꝰ lepra Bn̄ vbi
leproſus mundat. certus nō exprimitur locus. vt oñ
deret nō vnum populū ſpecialis alicuius ciuitatis
ſed omnes populos fuiſſe ſanatos Athanaſi. ado
rauit aūt leproſus dominū deū exiſtentem in corpo
re neq; ꝓpter carnē putauit eſſe creaturā verbū
neq; pro eo ꝙ verbum erat uilipendit carnē quā
induerat immo ut in templo creato adorabat oīm
creatorem in faciem procidens. Sequit̄ enī Et vidēs
ihm ⁊ procidens in faciem rogauit eum. Ambro
ſius Qui in faciem procidit humilitatis eſt ⁊ pudoris
ut vnuſquiſq; de uite ſue maculis erubeſcat. ſed cō
feſſionem verecundia nō repreſſit. oſtendit vulnus
remedium poſtulauit dicēs. Dn̄e ſi vis potes me mū
dare De voluntate dn̄i. non quaſi pietatis īcredulꝰ
dubitauit. ſꝫ q̄ſi benignitatis aī colluuiōis ſue pſciꝰ
i preſumpſit Religionis aūt ⁊ fidei plena confeſſio ē i
voluntate dn̄i tribuit poteſtatem Ciril. Nouerat
enim lepram experimentis medicorꝫ non cedere ſed
uidit ſuꝑna maieſtate pelli demōes ⁊ ceteros ab alijs
morbos curari que conteit diuina dextera fieri
Titus Addiſcamus etiam ex verbis leproſi cor
poralium infirmitatum medelam non querere. ſꝫ di
uino beneplacito totum cōmittere qui nouit oportuna
⁊ oīa iudicio diſpoſuit Ambro Eo aūt ſanat ge
nere quo fuerat obſecratus. Unde ſequit̄ Et exten
dens ihs manū tetigit illum Lex tangi leproſos pro
hibet ſed qui dn̄s legis eſt non obſequit̄ legi. ſꝫ legē
facit Non ergo tetigit quia ſine tactu mundare nō
poterat Sed ut probaret. quia ſubiectus non erat
legi. nec contagium timebat ut homīes. ſed quia cō
taminari non poterat. quia alios liberabat. Simul
ostenderet ut lepra tactu dn̄i fugaret̄. que ſolebat cō
taminare tangentem. Theoph. Ipſius enī ſacra
caro eſt purgatiua ⁊ uitam tribuens. ſicut exiſtēs
verbi dei caro Ambro In hoc aūt ꝙ ſubdit. volo
mundare. habes volūtatem. habes ⁊ pietatis effectū
Ciril. A maieſtate aūt proceſſit impioſum māda
tum. qualiter igit̄ in ſeruis computat̄ vnigenitus fi
lius qui volendo tantūmodo cuncta poteſt. Regit̄ de
us patre. ꝙ oīa quecūq; voluit. fecit Qui vero ſui
patris poteſtate fungit̄ quō diuerſificabit̄ ī natura
ab eo Solent enī quecūq; ſunt euiſdem uirtutis ⁊
eiuſdem eē ſubſtantie Mirare tamē in his xp̄m diuine
⁊ corporaliter operantem Diuinū eſt enim ita velle.

ut preſto fiant omnia. humanū autem. extendere dex
teram. vnus itaq; xp̄s ex vtriſq; pficit̄. eo ꝙ vbū;
caro factū eſt Grego. niſenus Et quia cū vtraq;
homis particula aīa. ſcilicet ⁊ corpore vnita eſt dei
tas. ꝑ vtraq; pretebāt ſupne nature indicia Corpꝰ
enī reconditum in ſe lumen declarabat cum palpādo
preſtabat remedia. ſed anima prepotenti voluntate
diuinā oſtendebat uirtutem. velut enī ſenſus tactus
ꝓprius corporis ē. ſic ⁊ anime voluntarius motus.
vult anima. tangit corpus Ambro Dicit ergo vo
lo ꝓpter photinū. impat. ꝓpter arriū. Tangit ꝓpter
manicheū. Nihil aūt medium ē inter opus dei atq;
preceptum vt intelligas medentis affectum virtutē
opis. Unde ſequit̄ Et cōfeſtim lepra diſceſſit ab illo
Sed ne lepra tranſire poſſit in medicum. vnuſquiſq;
domice humilitatis exemplo iactantiam uitet. Nam
ſequit̄ Et ꝓcepit illi. ut nemī diceret. ut ſcilicet do
ceret non vulganda noſtra beneficia ſed premenda.
vt nonſolum a mercede abſtineamus pecunie. ſed etiā
grē. aut fortaſſe. illa ſilētij cauſa ē ipati ꝙ meliores
putabat. qui fide magis ſpontanea q̄ꝫ ſperatis bene
ficijs credidiſſent Ciril. Leproſo etiam ſilente ſuf
ficiebat ipſa negocij vox ad narrandum omnibꝰ ag
noſcentibꝰ ꝑ eum poteſtatem curātis. Criſ. Et q̄a
ut plurimū homīes dum egrotant. dei ſunt memores
ut autem conualeſcūt hebetant̄ mandat vt deū ꝑ oculꝭ
habeat. dans glīam deo. vnde ſequit̄ Sed vade oſtēde
te ſacerdoti ut ſcilicet mundatus leproſus pmitteret
ſe ſacerdotis aſpectui. acſi ꝑ illius cēſuram numera
ret̄ inter ſuos Amb. Et vt etiā ītelligeret ſacdos
nō legis ordine. ſꝫ gratia dei ſupra legem eſſe curatū
ut dum mandat̄ ſacrificium ſm̄ ꝓceptum moiſi oſtē
deret dn̄s quia legem non ſolueret. ſed impleret. vn̄
ſequit̄. Et offer ꝓ emundatione tua ſicut precepit
moiſes Aug. de con. euan. Videtur hoc approbare
ſacrificium qđ ꝑ moiſen ꝓceptum ē. cum id non ſuſci
piat eccleſia. qđ ideo iuſſiſſe intelligi poteſt. quia non
dum ceperat eſſe ſacrificium ſanctū ſanctorꝫ qđ corpꝰ
eius eſt. non enim oportebat auferri ſignificantia ſa
crificia priuſq̄ꝫ illud qđ ſignificabatur confirmatū
eſſet cōteſtatione apl̄orꝫ ꝓdicantium ⁊ fide credentiū
populorum Ambro. Vel quia lex ſpiritalis ē. vid̄
tur ſacrificium mandaſſe ſpiritale. vnđ dixit ſicut ꝓ
cepit moiſes Denicq; addidit in teſtimonium illis.
Titus. Heretici perperā hoc accipiunt dicentes
in obprobrium legis eſſe dictum. Qualiter autē iu
beret offerre ꝓ emundatione ſm̄ ꝓceptum moiſi.
Ciril. Dicit ergo ī teſtimonium illis. quia ex hoc
facto oſtendit̄ xp̄m ī compabili excellentia moiſi pre
ferri. quia enī moiſes inſufficiens erat a ſorore lepre
pellere morbum orabat dn̄m ut eam liberaret. ſed ſal
uator in poteſtate diuina protulit. volo mundare.
Criſ. Vel in teſtimoniū illꝰ hoc ē ad reprehenſionē
eorꝫ ⁊ ad probationē ꝙ legem reuereor. Cum enī; te
curauerim. mitto te ad ſacerdotum expiendam. ut
atteſteris mihi ꝙ non ſum ꝓuaricatus in legem. ⁊
quāuis dn̄s impendens remedia moneret nemini di
cere. Inſtruens nos euitare ſupbiam Fama tamē
eius volabat vndiq; inſtillans auditui cunctorꝫ mira
culum. vnde ſequitur. Perambulabat autem magis

ſermo de illo. ¶ Beda. Unius autem p̄fecta ſalu ratio multas ad dominū cogit turbas. vnde ſequiť. Et cō ueniebant turbe multe ut audirent ⁊ curarent ab ĩ firmitatibus ſuis. ut enim leproſus exterius ⁊ inte rius ſe ſanatum doceret pceptū beneficium ut mar cus ait etiam iuſſus non tacet. ¶ Greg. vi. moral. Redemptor aūt noſter p diem miracula in vrbibus exhibet ⁊ ad orationis ſtudium ĩ nocte pnoctat. vnde ſequiť. Ipſe autem ſecedebat ĩ deſertum. ⁊ orabat vt p̄fectis videlicet p̄dicatoribus innuat q̄tinus nec actiuam amore ſpeculacionis funditus deſerāt. nec cō templacionis gaudia opacionis nimietate ɔtemnant ſed quieti ɔtemplantes ſorbeāt q̄ occupati erga pxi mos loquētes profundant. ¶ Beda. Quod autem ſece dit orare. non ei nature tribuas. que dicit. volo. mun dare. ſed ei que extendens manū tetigit leproſū. Non q̄ iux̄ Neſtoriū gemina ſit filij pſona. ſed q̄ eiuſdē perſone ſicut nature ſic ⁊ opationes ſūt due. ¶ Gre gori⁹ nazazenus. Et opa quidem in populo. orationes aūt in deſerto pagebat. ut plurimū ſanctiēs q̄ liceat parum quieſcere. ut mente ſincera cum deo colloqua mur. Neq̄ em̄ ipſe indigebat remotione. quia non erat in eo quod remitteretur. cum deus eſſet ſed vt pateat nobis ⁊ operationis hora ⁊ altioris ſollertie. ¶ Beda. Typice autem leproſus humanum gen⁹ lāguidum peccatis deſignat plenum lepra quia om nes peccauerunt ⁊ egent gracia dei vt ſcilicet extē ta manu id eſt verbo dei humanā contingēte naturā a priſci erroris varietate mūdenť ⁊ offerant pemū dacione corpa ſua hoſtiam viuam. ¶ Ambro. Si aūt lepre medicina verbum ē ɔtēptus verbi lepra mē tis eſt. ¶ Theo. Vide aūt q̄ poſtq̄ mūdat⁹ eſt aliq̄s tunc dignus eſt offerre hoc munus. ſ. corp⁹ ⁊ ſang uinem domini qđ eſt diuine vnitum nature.

¶ Et factum eſt in vna dierum ⁊ Jheſus ſedebat docens Et erant phariſei ſedentes ⁊ legiſdoctores qui venerāt ex omni caſtel lo Galilee ⁊ iudee ⁊ iheruſalem. ⁊ virtus erat domini ad ſanandum eos Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat parali ticus ⁊ querebant eum inferre. Et ponere ante eum ⁊ nō inuemētes qua parte eum ĩ ferrent pre turba. aſcenderunt ſupra tectū ⁊ per tegulas ſubmiſerunt illum cum lecto ĩ mediū an̄ iheſum quorum fidem vt vidit. dixit Homo remittuntur tibi peccata tua. Et cepert̄ cogitare ſcribe ⁊ phariſei. dnt̄es q̄s ē hic qui loquiť blaſphemiā: Quis pōt peccata dimittere niſi ſolus deus: vt autē cognouit iheſus cogitationes eorum. reſpō dens dixit ad illos Quid cogitatis in cor dibus veſtris Quid eſt facilius dicere. di mittuntur tibi peccata an dicere. Surge ⁊ ambula: Vt autē ſciatis quia filius homis poteſtatem habet in terra dimittendi pecca ta. ait paralitico tibi dico. ſurge. tolle gra batum tuum ⁊ vade in domū tuam Et cōti ſtim ſurgens coram illis tulit lectum ĩ quo iacebat. ⁊ abijt in domum ſuam magnificās deum ⁊ ſtupor ap prehendit omnes ⁊ ma gnificabāt deum. ⁊ repleti ſunt timore dicē tes quia vidimus mirabilia hodie.

¶ Cirill. Scribe ⁊ Phariſei q̄ facti fuerāt prodi giorum xp̄i viſores audiebant ip̄m quoq̄ demō [illegible] dicitur Et factū eſt ĩ vna dierū ⁊ ieſus ſedebat docēs ⁊ erāt phariſei ſedentes ⁊ legiſdoctores qui venerāt ex omni caſtello Galilee ⁊ iudee ⁊ ieruſalē ⁊ virtus dn̄i erat ad ſanādum eos. Non quaſi mutuo acceptā poteſtatē alterius. ſꝫ quaſi deus ⁊ dn̄s ꝓpria operabatur virtute. fiunt aūt homines ſepe donorū ſpiritualiū [illegible] ni ſed plerūq̄ deficiunt ea ratione quam nouit donorū largitor qđ in xp̄o non accidit. aſſiſtebat em̄ [illegible] dis remedijs virtus diuina. Quia vero neceſſarium erat ubi tanta ſcribarū ⁊ phariſeorū turba [illegible] rat aliq̄d fieri ex his que virtutem atteſtarent ip̄ſius [illegible] ram eis q̄ eū paruipēdebāt factū ē quoddam miracu lum in paralitico ĩ quo quia defeciſſe videbatur medici nalis ars. portabať a proximis ad ſupnū ⁊ cel[illegible] medicum. vnde ſeq̄ť. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paraliticus ⁊ querebāt eum infer re ⁊ ponere ante eum. ¶ Criſ. Mirandi vero ſunt q̄ paraliticū adduxerunt qualiter cum nequiuiſſent intrare per hoſtium nouū aliquid ⁊ [illegible] tarūt. Unde ſeq̄tur. Et non inuenientes qua parte eum inferrent pre turba aſcēderūt ſupra tectū [illegible] aūt tectū deponunt grabatum ⁊ ponūt in medio pa raliticum. Unde ſequiť. Et per tegulas ſubmiſerunt illum cum lecto ĩ medium ante ieſum. Dicit aliq̄s demiſſū fuiſſe locū a quo p tegulas depoſituri [illegible] ſint lectum. ¶ Beda. Hominem autem dominus a paralſi curaturus primo peccatorum vincula ſolui ut oſtēderet eum ob nexus culparum artu um diſſolutione damnari. nec niſi his relaxatis membro rum poſſe recupatione ſanari. Unde ſequitur. Quorum fidem ut vidit. dixit. Homo remittuntur tibi pecca ta tua. ¶ Ambro. Magnus dominus qui aliorum me rito ignoſcit alijs. ⁊ dū alios probat. alijs relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat cum apud deum ſeruus ⁊ interueniendi meritum ⁊ ius habeat impetrandi. ſi grauium peccatorum diffidis veniam. adhibe precatores. adhibe eccleſiam q̄ pro te precetur. cuius contemplatione quod tibi dominus negare poſſet. ignoſcat. ¶ Criſ. Occurrebat autem ⁊ in hoc ipſius patentis fides. non enim ſuſtinuiſſet ſe inferius ſubmitti. niſi credidiſſet. ¶ Aug. de con. euangeliſtarum. Quod autem dicit. Homo dimittuntur tibi peccata. ad hoc inſinuandum valet quia homini dimittebantur peccata. qui hoc ip̄ſe q̄ homo erat non poſſet dicere. nō peccatum [illegible] vt ille qui homini dimittebat. intelligeretur deus.

¶ Criſ. Nos aūt ſi corporalit̄ patimur ſatagimus
nocuū docere Cum vero male ſit anime differim⁹
utq ide nec a corporis sedius curamur Abſcindi
mur gͤ fontem malo⁊ ⁊ ceſſabunt egritudinū flu
mina. nā malicia ſuā intencionē apite pha
riſei non audebant. ſed ſolum in cordibus ſuis medi
tabantur. vnde ſequit̄ Et ceperunt cogitare Scri
be ⁊ phariſei dicentes Quis eſt hic qui loquit̄ blaſ
phemiā ¶ Ciril. In quo mortis precipitāt ſententiā
Erat enī mandatum in lege ꝙ quicūqȝ blaſphema
ret in deum morte puniret̄ ¶ Ambro. Itaqȝ ab ipſis
negantibus ſuis dei filius accipit teſtimoniū. nā ⁊ va
ria ſolum eſt ad ſtatum qd confitent̄ iuis ⁊ pͥmoſius ad
ipſum qd negāt qui ſuis aſſertoribus relinquūtur
Vnde ſequitur. Quis poteſt peccata dimittere niſi
ſolus deus Magna in fide plebis amētia. vt cum cō
feſſa fuerit ſolius dei eſſe donare peccata. nō credat
deo peccata donanti ¶ Beda Verum enim dicūt qa
nemo peccata dimit tere niſi deus poteſt. qui p eos
quoqȝ dimittit. quibus dimittendi tribuit poteſtatē
Et ideo xp̄s vere deus eſſe probatur. quia dimittere
peccata quaſi deus poteſt ¶ Ambro. Dominus aūt
ſaluos volens facere peccatores ex occulto⁊ cognitione
deum ſe eſſe demonſtrat. vnde ſequitur. Vt aūt
cognouit ieſus cogitationes eorum. reſpōdens dixit
ad illos Quid cogitatis i cordibus veſtris ¶ Ciril
hoc Quaſi diceret O pharīſei quia dicitis Quis pōt
peccata dimittere niſi ſolus deus Reſpondeo vobis
Quis poteſt ſecreta cordis ſcrutari niſi ſolus deus.
qui p ꝓphetam dicit Ego dn̄s ſcrutās corda ⁊ pro
bans renes ¶ Criſoſt. Si ergo increduli eſtis erga
primū ſcilicet remiſſionē peccati ecce aliud adiicio
dum interna veſtra patefacio. quineciā aliud. dum pa
ralitici corpus conſolido. vnde ſubdit. Quid eſt faci
lius dicere. dimittunt̄ tibi peccata. an dicere ſurge
⁊ ambula. palam quidem eſt quia conſolidare corp⁹
facilius eſt. quāto nāqȝ nobilior ē aīa corpore. tāto ē
excellencius abſoluto criminū verum quia illud non
credens ꝙ ꝓlatus addiciam qd minus ē. aptius eī
quoqȝ qd eſt magis occultum per hoc demonſtre
tur Et quidem cum allocutus ē infirmantem. non
dixit dimitto tibi peccata ꝓpriā exprimēs poteſta
tem. ſed remittunt̄ tibi peccata. Congentibus aūt illis
euidencius ꝓpriam declarat poteſtatem dicēs. Vt aūt
ſciatis quia filius homīs poteſtatem habet i terra di
mittendi peccata. ¶ Theophi. Vide ꝙ in terra dimit
ti pcc̄a. dum enī ſumus i terra pcc̄a nr̄a delere poſ
ſumus Poſtqȝ vero a terra tollimur. non valebim⁹
confiteri clauditur enim ianua ¶ Criſ. Demonſtrat
autem peccato⁊ veniam p corporis ſanationem. vn̄
ſubdit Ait paralitico. tibi dico ſurge Ipſam vero cor
poris ſanationem demonſtrat p lecti portationē. ut
ſic non reputet̄ phantaſia qd factum eſt. vnde ſequit̄
Tolle grabatum tuum ⁊ vade i domum tuam quaſi
diceret Ego volebam p tuam paſſionē curare illos
qui ſani vident̄. infirmant̄ autem i anima. ſed quia no
luīt. vade tuam correcturus familiam ¶ Ambroſ.
Nec mora ulla ſanitas interuenit vnū dicto⁊ reme
diū qȝ momentum ē. vnde ſequit̄ Et confeſtim ſur
gens coram illis tulit lectum in quo iacebat ⁊ abijt i

domū ſuam magnificans deum ¶ Ciril. Quo facto
patuit ꝙ filius homīs poteſt in terra relaxare pcc̄a
qd pro ſe ⁊ p nobis dixerat. ipſe nāqȝ ut deus fact⁹
homo tamqȝ dn̄s legis pcc̄a dimittit ſortiti ſum⁹ etiā
nos ab eo tam mirabilem grām. Dictum eſt enim di
ſcipulis. quorum remiſeritis pcc̄a. remittunt̄ eis.
quomodo autem non magis ipſe pcc̄a dimittit. q̄ cete
ris poteſtatē faciendi hoc tradidit ¶ Criſ. Reges
autem terrem ⁊ principes homicidas abſoluētes a
pena p̄ſenti liberant a criminibus expiare aūt nō poſ
ſunt ¶ Ambro. Spectant aūt ſurgentem increduli.
mirant̄ abeuntem. vnde ſequit̄ Et ſtupor apprehēdit
omnes ⁊ magnificabant deū ¶ Criſ. Paulatim ſer
punt iudei magnificantes deum. non tamen putant
eum deum eſſe obſtabat enī eis caro. nec tamē erat
modicum extimare eum precipuū eſſe mortalium. ⁊
a deo ꝓceſſiſſe ¶ Ambro. Diuini autem opis miracu
la malunt timere qȝ credere. vnde ſequit̄. Et repleti
ſunt timore dicentes. quia vidimus mirabilia hodie
Si aūt credidiſſent. nō timuiſſent vtiqȝ ſed dilexiſ
ſent Perfecta enim dilectio foras timorē excludit. ñ
ocioſa aūt huius paralitici nec anguſta medicina eſt
quoniā orāſſe ꝑmittit̄. nō ꝓpter ſuffragiū. ſed ꝓpter
exemplum ¶ Aug. de que. euā. De paralitico enim
poteſt intelligi animā diſſolutā mēbris. hoc ē operatio
nibus xp̄m querere id eſt voluntatem verbi dei. im
pediri autem a turbis ſcilicet cogitatiōm niſi tecta
id eſt opera ſcripturarum apiat. ⁊ p hoc ad noticiam
xp̄i perueniat. hoc ē ad humilitatē fidei pietate deſcē
dat ¶ Beda. Et bene domus ieſu tegulis contecta
deſcribit̄ quia ſub contemptibili litterarum velamine ſpi
ritualis grē vi⁹ inuenit̄ ¶ Amb. Vnuſquiſqȝ aū egē
petēdo pcatores ſalutis debet adhibē. p quos noſtre
uite cōpago reſoluta actuūqȝ nr̄o⁊ clauſa veſtigia
verbi celeſtis remedio reformēt̄. Sint igit̄ aliqui
monitores mentis qui animā homīs quāuis exterio
ris corporis debilitate torpentem ad ſuperiora erigāt
quo⁊ rurſus adminiculis ⁊ attollere ⁊ humiliare ſe
facilis ante iheſum locetur dn̄ico videri dignus aſpe
ctu. humilitatem enī reſpicit dn̄s ¶ Aug. de que euā.
Poſſ⁹ gͦ a quibus deponit̄. bonos doctores eccleſie poſſūt
ſignificare. ꝙ autem cum lecto deponit̄ ſignificat ab
homine in iſta carne adhuc cōſtituto xp̄m debere co
gnoſci ¶ Ambro. Dominus aūt plenam ſpem reſur
rectionis oſtendens peccata donat animo⁊ debilitatē
carnis excludit Hoc eſt enim totum hominē eſſe cu
ratum quāuis igitur magnū ſit hoib⁊ pcc̄a dimittē
tn̄ multo diuinius ē reſurrectionem donare corporib⁊
quādoquidem deus reſurrectio ē lectus aūt qui tolli
iubetur. nihil ē aliud qȝ corpus humanum ¶ Aug. de
que. euāgeliſtarum Vt non iam in carnalibus gau
dijs tanqȝ in lecto requieſcat infirmitas anime Sed
magis ipſa contineat affectiones carnales. ⁊ tendat
ad domum ſuam id eſt requiem ſecretorum cordis
ſui ¶ Ambroſius Vel domum repetere ſuam. hoc ē
ad paradiſum redire. ea enim eſt vera dom⁹ que ho
minem prima ſuſcepit. non iure amiſſa. ſed fraude.
Merito ergo reſtituitur quoniā venerat qui nexū
fraudis aboleret iuſqȝ reformaret.

¶ Et post hec exiit & vidit publicanū no-
mie leui. sedentē ad thelonium Et ait illi. seq
re me Et relictis oibꝫ surgēs secutus est eū
Et fecit ei cōuiuiū magnū leui i domo sua. et
erat turba multa publicanorum & aliorū qui
cū illis erāt discūbentes Et murmurabant
pharisei & scribe dicētes ad discipulos eius. qua
re cū publicanis & peccatoribꝫ māducatis et
bibitis Et rūdens ihesus dixit ad illos Non
egent medico qui sani sūt sed qui male hñt
nō. n. vēi vocare iustos sꝫ pccores i pniaz.

¶ Aug. Post paraliticū sanatum de cōuersione pub
licani subiūgit dicēs Et pꝰ hec exiit & vi. pub. no.
leui se. ad the. ipse ē mathꝰ q & leui ¶ Be. Sꝫ lucas
& marcus ppt̄ honorē euāgeliste nomē tacēt vulga
tū. matheus aūt i sermōis pncipio accusator sui factꝰ
matheū se & publicanū noiat ne q̄s a salute desperet
p imanitate peccatoꝝ cum ipse de publicāo in aplm
sit mutatꝰ. ¶ Ciril. Publicanus. n. fuerat leui vir
auarus effrenis erga supflua alieni amator h. n. ē
publicāoꝝ officiū sꝫ ab ipsis officinis malicie detrahi
tur xp̄o eū vocante. vñ sequit̄. & ait illi sequere me
¶ Amb. Sequi iubet nō corporis gressu. sꝫ mentis
affectu. itaqꝫ ille vbo vocatus ppria dereliquit. q̄ ra
piebat aliena. vñ seq̄t̄. & relictis oibꝫ surgēs secutꝰ
ē eū ¶ Cris. Vbi & vocātis vtutē & vocati obedien
tiam cōsidera. neqꝫ eñ obstitit. neqꝫ vacillauit. sꝫ pro
tinꝰ paruit & nec i ppriam domū ire voluit ut suis h
cōmmaret. sicut nec piscatores. ¶ Basil. Nec solū se
nora thelonii postposuit sedens cōtēpsit picula que
sibi ac suis accidere poterāt. dum calculos thelonei
dimitteret ipsectos ¶ Theoph. Et sic ab accipiente
censum a trāseuntibꝫ xp̄s censum accepit. nō quidē
eius accipiens pecuniā. sꝫ totaliter eū transferēs ad
suū cōsortiū ¶ Cris. Vocatū aūt leui dñs honorauit
dū cū eo cōfestim epulatus ē. h. n. ei maiorē pstabat
fiduciā. vñ sequit̄. & fecit ei cōui. magꝰ leui i do. sua.
nec solū cū eo discubuit. imo cū pluribꝫ. vñ sequit̄. &
erat t̄ba multa pub. & alioꝝ. qui cū illis erant discū.
cōuenerāt eñ publicani ad eū sicut ad collegā. & ho-
minem eiusdē officii. Sed & ipse gl'ians de presentia
xp̄i conuocauit oēs. xp̄s etiā q̄dlibet genus rmedii
exhibebat. & nō solū disputādo & pstādo sanitatis re
media vel etiā redarguendo emulos. sedētiā comedē
do nonnullos errantiū corrigebat. inde nos instruēs
qꝫ q̄dlibet opus & tempus potest nobis vtilitatē af
ferre Sed nec publicanorum participationē vitauit
pp̄ter vtilitatem sequētem more medici qui nisi tan
garet sanie. nō liberaret a morbo ¶ Ambro. Cū pec
catoribus eñ manducando etiā cū gentibꝫ nō probi
bet nos inire cōuiuiū ¶ Cris. Sed tamē dñs iculpatꝰ
ē inde a phariseis mīudentibꝫ & volentibꝫ a xp̄o disci
pulos separe. vnd' sequit̄. Et murmurabāt pharisei
& scribe dicentes ad discipulos eius. Quare cū pub
licanis & peccatoribus māducatis & bibitis ¶ Amb.
serpētina vox ē hāc primā vocē serpens emisit dicēs
eue Quid dixit deus. nolite manducare & cetera gꝰ

pr̄is sui venena diffundūt ¶ Aug. de cō. euā. Vid
aūt lucas h aliquātū differēcius ab aliis euāgelistis
cōmemorasse. non eñ tm̄ dicit dñs obiectū esse q
publicanis & phariseis māducaret & biberet sꝫ disci
pulis qꝫ de ipso ac de ipsis acciperet. Proptera
matheus & marcus de xp̄o discipulis obiectū narra
qua qꝫ discipuli cum publicanis & peccatoribus ma
ducabāt magistro magis obiciebat. quē sectabant
mitabant. vna gꝰ sniā ē tanto melꝰ īsinuata
quibusdā verō manēte vitate variata ¶ Cris. [illegible]
aūt dñs ctrariū eoꝝ sermonē cōuertit. ostēdens [illegible]
paꝫ cū peccatoribꝫ cōuiuari. sedētiā glorie [illegible]
ppriē. vñ sequit̄. Et rūdens ihus dixit ad illos non
egēt me. qui sani sūt. sꝫ qui male hñt. i quo [illegible]
eos cōmunis infirmitatis & de numero languētium
esse ondit. se vero medicū eē latenē subiūgit. [illegible]
eñ vēi vocare iustos sꝫ peccatores ¶ Greg. [illegible]
Q. d. adeo peccatores nō abhorremus quia eos [illegible]
gr̄a veni nō ut maneāt peccatores. sꝫ ut cōuertant
& boni fiāt ¶ Aug. d' cō. euā. vñ addidit i pniam q
ad explanandā sniam valet. ne quisqꝫ peccatores
hoc ipso qꝫ peccatores sunt. diligi arbitretur a xp̄o
cū illa similitudo de egrotis bene intimet quid vo
deꝰ vocādo peccatores tāqꝫ medicus egrotos de
iniquitate tāqꝫ ab egritudine salui fiāt ¶ Ambr. [illegible]
dū iusticias dilexit neqꝫ vidit dauid iustū derelictū
si iustus derelinquit̄ peccator ascisci. ī in lege [illegible]
eos iustos dicit. qꝫ ex lege p'sumāt & euāgelii gr̄
tiam nō requirāt. nēo aūt iustificat̄ ex lege [illegible]
mit̄ ex gr̄a nō vocat gꝰ eos q̄ se iustos dicunt [illegible]
patores eñ iusticie nō vocant̄ ad gr̄am [illegible]
ex penitentia vtiqꝫ qui fastidit penitentiam [illegible]
gr̄am ¶ Beda. Peccatores aūt vocat eos qui sua
mala attēdentes. nec p legē iustificari se p̄sumēt
tes xp̄i gr̄e se penitēdo despōdēt ¶ Cris. [illegible]
dic̄ illos iustos. sicut qn̄ dr̄. Ecce adā factus ē quasi
vnus nr̄m. qꝫ aūt nullus erat iustus sup' [illegible]
dit paulus dicēs oēs peccauerūt & egēt gl'ia
¶ Greg. missenus. vt dicit nō egere sanos & [illegible]
medico. i. āgelos. sed male habentes & peccatores [illegible]
nos q̄a morbū pcti icurrimus q̄ in celis nō ē ¶ [illegible]
mathei aūt electōis fides gētiū exprimit̄ que pri[illegible]
mis inhiabāt sꝫ nūc xp̄i corpꝰ sedula deuotōe [illegible]
¶ Theoph. vt publicanꝰ ē q̄ pncipi mūdi [illegible]
bitū carni reddit cū gulosis reddit escas. [illegible]
voluptatem. & alius aliud. Cū aūt vidit eum [illegible]
dentē in thelonio id ē nō mouētem se ad [illegible]
ciā. tunc a malo erigit̄. & sequit̄ ihm. & suscipit [illegible]
domo aie dñm ¶ Amb. Qui aūt domiciliō xp̄m [illegible]
pit interno maximis delectatiōibꝫ exuberātium [illegible]
luptatū. itaqꝫ libent' dñs igredit̄ & in eius recūbit
affectu. sꝫ rursus accendit̄ inuidia pfidoꝝ & [illegible]
pene spēs prefigurat̄. epulantibꝫ cū fidelibus [illegible]
gno celoꝝ pfidia ieiuna torquebit̄ ¶ Beda. [illegible]
hoc designat̄ inuidia iudeoꝝ que de gentiū salute [illegible]
queri̇t ¶ Amb. Simul ostēdit̄ quātū sit inter [illegible]
legis & gr̄e. qꝫ illi q̄ legē sequūt̄ mētis famē patient̄
eternā Qui vo verbū in interioribꝫ anime receperit
alimēto celestis & fontis vbertate recreati [illegible]
siti e nō possit. & ido q̄ aio ieiunabāt murmurabāt

At illi dixerunt ad eum Quare diſcipu
li iohannis ieiunāt frequenter ⁊ obſecraci
ones faciunt. ſimiliter ⁊ phariſeorū. tui aū
edunt ⁊ bibunt Quibus ipſe ait Nunquid
poteſtis filios ſponſi dum cum illis eſt ſpon/
ſus facere ieiunare Venient autem dies cū
ablatus fuerit ab illis ſponſus tunc ieiuna
bunt illis Dicebat aū ⁊ ſimilitudinē ad il/
los q; nemo commiſſuram a veſtimēto nouo
mittit in veſtimentum vetus. alioquin et
nouum rumpit ⁊ veteri. non conuenit con/
miſſura a nouo Et nemo mittit vinum no/
uum in vtres veteres alioquin rumpit vi/
num nouum vtres et ipſum effundetur et
vtres peribunt. ſed nouū vinum in vtres no
uos mittendum eſt. et vtraq; conſeruātur
Et nemo bibens vetus ſtatim vult nouum
Dicit enim vetus melius eſt.

Ciril. Poſtq̄ primū verbum acceperunt a xp̄o
in aliis ad alia ſe transferunt. volentes oſtendere ſa
cros diſcipulos ⁊ ip̄m cum eis ihm minime curaſſe de
lege vite dī At illi dixerunt ad eum Quare diſci
puli iohānis ieiunāt frequenter ⁊ obſecrationes fa
ciunt ſimiliter ⁊ phariſeoꝝ. tui autem edūt ⁊ bibūt
quaſi diceret comedis cum publicanis ⁊ peccato
ribus cum iubeat lex immundo nō cōmunicare. ſed in
occaſionem preuaricationis nobis accedit miſeri
cordia cur ergo non ieiunatis ut mos ē ſcdm legē vo
lentibus viuere ſed ſancti quidem idcirco ieiunāt ve
corpus affligentes ꝓterent paſſiōes ipſi⁹. Sed xp̄s
non egebat ieiunio ad pfectionem virtutis cum tāq̄
deus abſolutus eſſet a quolibet vinculo paſſionis. ſꝫ
nec eius comitiua ieiunio egebat. ſed particeps grē
eius ſine ieiunio decorata virtuoſe conuerſabat̄ q; ſi
ip̄e xl. dies ieiunauerat. non hoc fuit ut in ſe paſ
ſionem mortificaret. ſed ut normā abſtinētie oſtēdat
carnalibus Aug. de con. euā. Cum dixerit autem lu
cas alios de aliis hoc dixiſſe narrauit. vñ ergo ma
theus dicit Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli iohā
nis dicentes. Quare nos ⁊ phariſei ieiunamus. niſi
quia ⁊ ipſi aderant. ⁊ omnes certatim vt quiſq; po
terat hoc obiecerūt Au. de q̄. euā. Eſt aūt duplex ie
iunium. vnum in tribulatione ad exorandum deum p
peccatis. aliud i gaudio. cum tanto minus delectant
carnalia. quāto ſpiritaliū maior ſarcina ē ſagia Vtrūq;
requirens ergo dñs cur diſcipuli eius n̄ ieiunarent
de vtroq; ieiunio reſpondit. ⁊ primo de ieiunio tri
bulationis. ſequit̄ enī. Quibus ipſe ait. Nunquid po
teſtis filios ſponſi dum cum illis eſt ſponſus facere
ieiunare Criſ. Quaſi diceret p̄ſis tempus leticie
eſt ⁊ alacritatis. non igit̄ immiſcenda ſunt triſtia.
Ciril. Saluatoris enī noſtri. i hoc ſeculo demōſtra
tio nihil aliud fuit q̄ q̄dam feſtiuitas intelligibiliter
quaſi quādam ſponſam copulās illi noſtram naturā

vt quondam ſterilis fecunda fieret. igit̄ filij ſponſi ē
noſcunt̄ quicūq; vocati ſunt ab eo p nouā ⁊ euāgeli
cam diſciplinam. nō autem ſcribe cum phariſeis qui
ſolam legis vmbram conſiderant Aug. de cō. euā
geliſtaꝝ Per hoc aūt q; ſolus lucas dicit. non pote
ſtis filios ſpōſi facere ieiunare. intelligit eoſdē ipſos
q̄ loquebant̄ fuiſſe facturos vt lugentes ieiunarēt
filij ſponſi quoniā ipſi eſſent ſponſū occiſuri Criſ.
Ubi vero conceſſerat filius ſponſi qđ non decebat
eos laborare tāq̄ qui ſpiritalem ſollemnitatem age
bant. ne inter nos anullaretur ieiuniū diſpenſatiue
ſubiungit dicens. venient autem dies cum ablatus
fuerit ab eis ſponſus. tunc ieiunabant in illis diebꝫ.
Aug. de con. euā. quaſi diceret̄ tunc deſolabūtur
⁊ i merore ⁊ luctu erunt. donec eis p ſpūſanctū gau
dia conſolatoria retribuant̄ Ambro. Ut aliter nō
hoc ieiuniū relegat̄. quo conficitur caro. ⁊ corporis
luxuria caſtigatur. hoc ieiunium nos cōmendat deo
ſꝫ non poſſumus ieiunare qui xp̄m habemus ⁊ xp̄i
carnem epulamur ⁊ ſanguinem. Beda. Filij etiam
ſponſi ieiunare nequeunt. hoc ē anime nutrimentum
nō ſumere. nec viuere i omni verbo q; de ore dei pce
dit Ambro. Sed qui ſunt illi dies quibus xp̄s no
bis auferetur. cum ipſe dixerit. vobiſcum ero vſq;
ad conſūmationem mundi. ſed nemo tibi xp̄m poteſt
auferre. niſi te illi ipſe auferas Beda. Quādiu enī
ſpōſus nobiſcum eſt i leticia ſumus. nec ieiunare poſ
ſumus nec lugere cum autem p peccata ille recedit
tunc indicendum ē ieiuniū ⁊ requirendus luctus.
Amb. Denique de aī dictū ē ieiunio ⁊ ſequētia ēclā
rāt ſequit̄. n. Dicebat autem ⁊ ſimilitudinē ad illos
quia nemo ꝯmiſſurā. i. particulā ablatā a veſtimēto
nouo imitti i veſtimētū vet⁹ ieiu⁹ veſtimētū vet⁹
appellauit. qđ exuendum apoſtol⁹ eſtimauit. dicens
ſpoliate vos veterē hominē cū actibus ſuis. i eadē
igit̄ forma ſenes conuenit preceptoꝝ. ne actus vete
ris ⁊ noui hominis miſceamus Aug. de con. euāge.
vel aliter. Dono ſpūſſancti percepto. gen⁹ autem ie
iunij qđ fit p leticiam iam renouati in vitā ſpiritalē
ꝯuenientiſſime celebrāt Quod āteq̄ accipiāt. dicit eos
eſſe tanq̄ vetera veſtimēta. quibus iconuenienter pā
nus nouus aſſuit̄ id ē aliqua particula doctrine que
ad noue uite tempātiam ptinet quia ſi hoc fiat ⁊ ipſa
doctrina qđāmodo ſcinditur. que docet generale ieiu
nium. non a concupiſcentia ciboꝝ tm̄. ſed ab omni le
ticia temporalium delectationum. cuius particulam
que ad cibos pertinet. dicit non oportere hominibus
adhuc veteri conſuetudini deditis impartiri quia ⁊
illic quaſi conciſſio videtur fieri. ⁊ ipſi vetuſtati non
conuenit. Dicit etiam eos eſſe ſimiles veteribꝫ vtri
bus. vnde ſequit̄. Et nemo mittit vinū nouū i vtres
veteres Ambro. Fragilitas humane conditionis
aperit̄. cum corpora noſtra exuuijs defūctorum ani
maliū comparantur Aug. de que. euā. veteribꝫ aūt
vtribus comparāt̄ apoſtoli qui vino nouo quaſi ſpi
ritalibus preceptis facilius diſrumpunt̄ q̄ continēt
vnde ſequit̄. alioquin rumpit vinum nouū vtres ⁊
ipſum effundetur ⁊ vtres pereunt Erāt aūt noui
vtres cum poſt aſcenſionem accepto deſiderio conſo
lationis eius orando ⁊ ſperādo innouabāt̄. vñ ſeqt̄.

Sed nouũ vinum in vtres nouos mittendum eſt ⁊ vtraq; conſeruātur ¶ Beda. Vino ſiquidem intus re ficimur. veſte autem foris tegimur. Veſtis g° ſūt bo na opa que foris agimus. quib⁹ corā hoīb⁹ lucemus vinū feruoꝛ fidei ſpei ⁊ caritatis. Aliē veteres vtres ſūt ſcribe ⁊ phariſei. nouus pānus ⁊ nouū vinum p̄ cepta euāgelij ¶ Greg. niſſen⁹. Vinū em̄ de nouo eli citū ꝓpter feruoꝛē natat̄ humidi fumoſū ē deſpumās naturali agitatiōe a ſe materialē imundiciē. tale vi num nouū teſtamentū ē. qđ antiq̄ vetres qui ꝓpter icredulitatē inueterati ſūt non capiūt. imo ſcindunt excellentia doctrine. necnon ⁊ grām ſpūs i caſſum fluere faciunt quia ī maliuolā aīam nō intrabit ſapi entia ¶ Be. Sz ⁊ cuicūq; aīe nōū inouate ſ; ⁊ ī ve tuſtate malicie pſeuerāti nouoꝝ miſterioꝝ ſacra non debent ꝯmitti q̄ eciā p̄ceptis euangelios precepta le gis miſcere volunt ut galathe. vinū nouū in vtres veteres mittūt. ſequit̄. ⁊ nēo bibens vet⁹ ſtatī volt nouū. dicit em̄ vetus melius ē. qa iudeis uite veteris ſaliua ibutis. noue grē p̄cepta ſoꝛdebant. qa maioꝝ traditōib⁹ cōmaculati dulcedinem ſpūalium ver borum pcipe non valebant.

## Capitulum ſextum.

Factum eſt aut̄ in ſabbato ſcd'o p̄ mo cū tranſiret p ſata. vellebāt diſcipuli eius ſpicas ⁊ māduca bāt cōfricātes eas maib⁹ ſuis qdā aūt phariſeoꝝ dicebāt illis Quid faci tis qđ n̄ licet i ſabbatis? Et rñdēs iheſ⁹ ad eos dixit Nec hoc legiſtis qđ fec dauid cū eſuriſſz ipe ⁊ q̄ cū eo erāt quomō itrauit in domū dei. ⁊ pāes ꝓpoñis ſūpſit ⁊ māduca uit ⁊ dedit his q̄ cū ipo erāt. quos n̄ licebat māducare n̄ tm̄ ſacerdotib⁹ Et dicebat illis qz dn̄s eſt fili⁹ hoīs eciam ſabbati.

¶ Amb. Nō ſolū ꝯphenſione vboꝝ ſedeciā ipſo vſu ſpecieq; geſtoꝝ icipit hoīem dñs veteris obſuatōe legis exuere. vn̄ dr̄ Factū ē aūt i ſabbo ſcd'o p̄mo cū tranſiret p ſata. vellebant diſcipuli ei⁹ ſpicas ⁊ man ducabant confricantes manib⁹ ſuis ¶ Beda. Nō ha bentes em̄ diſcipuli ſpaciū māducādi ꝓpter impoꝛtu nitatē turbaꝝ. eſuriebāt ut homies. ſ; vellentes ſpi cas inediam ꝯſolabant. qđ ē indiciū auſterioꝛis vite nō preparatas eſcas. ſ; ſimplices querere cibos.

¶ Theo. dicit aūt in ſabbato ſcd'o p̄mo qa iudei oēm feſtiuitatē ſabbatū nūcupabāt. reqēs. n. dr̄ ſabbatū multociens ergo ꝯiungebat in paraſceue feſtiuitas ⁊ vocabant paſceuē ſabbatū ꝓpter feſtū. deinde princi pale ſabbatū 2⁹ p̄mū dicebant q̄ſi 2⁹ exn̄s a p̄cedē tis diei feſtiuitate ¶ Criſ. Duplex em̄ erat feſtum ⁊ pcipalis ſabbi ⁊ alterius ſolēnitatis ſabbati. ¶ Iſi dorus. Vel dicit ſecundo primo quia 2⁹ erat paſca p̄mū aūt azimoꝝ cū imolarent. n. paſca i ſero ſequēti die feſtū azimoꝝ celebrabāt. qđ aūt ita ſit. patet ex hoc qđ apti vellebant ſpicas ⁊ manducabant in illo namq; tpe ſpice flectūt a fructu ¶ Epiph. Die igit̄ ſabbati viſi ſūt tranſeūtes p ſegetes ⁊ ſpicas edētes oſtendentes qm̄ diſſolutū ē vinculū ſabbati vbi magnū aduenit ſabbatū hoc ē xp̄us qui fecit nos ſeſſare ab ope delictoꝝ nr̄oꝝ ¶ Cirl. Phariſei aūt ⁊ ſcribe ignari ſacraꝝ ſcripturaꝝ. i vnum ꝯſpirauerant ad rep̄ hendendū xp̄i diſcipulos. vn̄ ſeqt̄. Quidam aūt phari ſeoꝝ dicebāt illꝭ. quid facitis qđ nō licet i ſabbatis Dic mihi tu cū i ſabbo tibi mēſa p̄ponit̄ cur fran gis panē. qđ igit̄ alios reprehendis ¶ Beda. Alij dicunt ipi dn̄o hoc fuiſſe obiectū. ſ; a diuerſis ⁊ dn̄o ⁊ diſcipulꝭ potuerūt obiici. ⁊ cuicūq; obiciatur ipm maxie reſpicit ¶ Amb. Dn̄s aūt defenſoꝛ legis arguit neſcire que legis ſunt. exemplū inducēs dauid. vn̄ ſequit̄. Et rn̄dens ihs ad eos dixit. nec hoc legiſtis qđ fecit dauid ⁊ q̄ cū eo erant ¶ Cirl. q.d. cū expſſe dicat lex moyſi. iuſte iudicate. iuſtū iudiciū ꝯſiderabatis pſonā i iudicio. qūe meos icrepatis diſcipu los q̄ vſq; in hodiernū diē extollitis dauid ut ſcīm ⁊ ꝓphetam cū moyſi p̄ceptum nō ſeruauit ¶ Theo. Et attende qđ qñcūq; dn̄o fit ſermo p ſuis diſcipu lis. ſuos ducit i mediū. ſ. dauid ⁊ ſacerdotes. ſic ⁊ hic p ſe introducit p̄rem ſic ibi. pr̄ meus vſq; modo opatur ⁊ ego operoꝛ ¶ Theo. Aliē aūt eos reprimens cum dic̄. ⁊ dicebat illꝭ. qa dn̄s ē filius hoīs eciā ſabbati. dicat. ego ſū dn̄s ſabbati tanq; diſpoſitoꝛ ⁊ legiſ latoꝛ p̄tatem hn̄s ſoluere ſabbatū. fili⁹ em̄ hoīs vo catus eſt xp̄s q̄ dei exn̄s fili⁹ miraculoſe dignat⁹ ē fili⁹ hoīs ꝓp̄ hoīes fieri ⁊ vocari ¶ Criſ. [illegible] de ꝯmuni natā hoī ip̄m ꝓtuliſſe [illegible] hoīes ſabbatum factum ē nō hō ꝓpt̄ ſabbatum [illegible] dic igit̄ pot⁹ ſabbatum hoī ſubiḡ [illegible] p̄cere ſabbo ¶ Amb. Nō mediocre autem miſteriū hic ē. Ager em̄ eſt hic mundus. agri ſeges [illegible] humani gñis fecunditas nūeroſa ſanctoꝛ ſpicaꝝ fruct⁹ eccl'ie q̄s opib⁹ diſcutientes ſuis aptli paſce bantur. nr̄o ſe alentes ꝓfectu. ⁊ tanq; folliculis [illegible] mentum fruct⁹ ad fidei lucē p̄clarus opūs ſuis mi raculis eruebant. ¶ Beda. Spicas em̄ [illegible] i illꝭ q̄s in coꝛp⁹ xp̄i volunt traijcere [illegible] tere hoīem cum actib⁹ ſuis a t̄rra [illegible] do ¶ Amb. ſ; ſi putabant iudei ſabbo [illegible] noue grē mūere ꝯſignabat oēm legis op⁹ [illegible] tū ſcd'o p̄mū. n̄ p̄mo 2⁹ ſabbatū dix̄ qa ſabbatū ex lege ſolutū eſt qđ erat primum ⁊ hoc p⁹ [illegible] eſt qđ ſcd'o ꝯſtitutū ē. ſabbatū igit̄ dr̄ 2⁹ [illegible] p⁹ iure opatōis grām meli⁹ ē em̄ ſabbatū [illegible] tas dat̄ q̄ q̄ pēa p̄ſcribit̄. ſ; foꝛte p̄mū ē [illegible] natōe ꝯſilij ⁊ 2⁹ in ſanctōe decreti. vide qđ [illegible] ſoꝛtis fugit. hic p̄figuratus i lege xp̄s ē q̄ [illegible] p̄ncipem mundi lateret. quō aūt ille obſuauit leges atq; defenſoꝛ panes ⁊ ipe manducauit. ⁊ dedit his q̄ ſecum erant q̄s n̄ licebat manducare n̄ ſacerdotib⁹ ut p illum demōſtraret figurā ſacerdotalē [illegible] vſū tranſire [illegible] ſiue qđ oēs uitā ſacerdotalem [illegible] bemus imitari. ſiue qa oēs filij eccl'ie ſacerdotes [illegible] vngimur em̄ in ſacerdocium ſanctum offerentes nos metip̄os deo hoſtias ſpūales. ſ; aūt ſabbatum [illegible] hoīes factū ē utilitas aūt hoīm poſtulabat [illegible] hoīes q̄ diu fuerūt terre fructib⁹ abdicatis [illegible] mis uitare ieiunia nō vng; lex ſoluit̄ ſed [illegible]

¶ Factum eſt autē ꝛ i alio ſabbato ut itra
ret in ſynagogā ꝛ doceret Et erat ibi hō
ꝛ manus eius dextra arida Obſeruabāt aū
ſcribe ꝛ pharisei ſi ſabbato curaret ut inue
nirent vnde accuſarent eū ipſe vero ſciebat
cogitaciones eorum et ait homini qui habe
bat manū aridam. ſurge vt ſta i medio Et
ſurgens ſtetit. Ait autem ad illos Jheſus
interrogo vos. ſi licet ſabbato benefacere.
an male. animam ſaluam facere an perdere.
ꝛ circumſpectis omnibus dixit homini Ex
tende manum tuam. ꝛ extendit ꝛ reſtituta
eſt manus eius Ipſi autem repleti ſunt inſi/
piencia ꝛ colloquebantur adinuicem quid
nam facerent de iheſu.

Ambro. hic ad alia ꝓgreditur dominus nam qui
totum hominem ſaluum facere diſpoſuerat per ſigu
la membra curabat vnde dicitur Factum eſt autem
in alio ſabbato vt intraret in Synagogam ꝛ do
ceret ſabbato ¶ Beda maxime curat ꝛ docet non
ſolum ꝓpter inſinuandum ſpirituale ſabbatū. ſed etiā
ꝓpter celebriorē populi conuentū ¶ Ciril. Docebat
autem tenera tranſcēdencia intellectum ꝛ que ſalu
ti ferant p eum reſabant audientibus ſemitam de
monſtrabat doctrina ſubito diuinā oſtēdebat uir
tutem vnde ſequitur ꝛ erat ibi hō ꝛ manus eius dex
tra arida ¶ Beda Quia vero deſtructionē ſabbati
qui in diſcipulis arguebant ꝓbabili magiſter excu
ſauerat exemplo. Nunc ipm obſeruando magiſtrū
calumniam volunt. vnde ſequit̄ obſeruabant autem
ſcribe ꝛ phariſei ſi in ſabbatis curaret. vt ſcilicet ſi
nō curet crudelitatis vel imbecillitatis. ſi curet trāſ
greſſionis illum arguant. vnde ſequit̄ Vt inuenirent
vnde accuſarent illum ¶ Ciril. Hic em̄ ē mos aduer
ſarij paſci in ſe doloris morbum aliorum preconijs
ſed dn̄s nouit omnia ꝛ corda rimat̄. vnd̄ ſequit̄. ipſe
autem ſciebat cogitaciones eoꝝ ꝛ ait homi qui habe
bat manum aridam ſurge ꝛ ſta i medio Et ſurgēs
ſtetit vt forſan mitigaret ad pietatem crudelem pha
riſeum ꝛ ipſa paſſio flammas mitigaret liuoris.
¶ Beda Preueniens aūt dn̄s calumniā q̄ſ ſibi pre
parabant. arguit eos qui precepta legis male inter
ꝓtando etiam a bonis operibus ſabbato eſtimabant fe
riandum. cum lex a ſeruili opa id eſt a malis abſtinē
precipiat in ſabbato. vnde ſequit̄. ait autem ad illos
Ihs. Interrogo vos ſi licꝫ ſabbato benefacere an male
¶ Ciril. Nimis eſt idonea queſtio. nam ſi licet i ſab
bato benefacere. nec aliquid obſtat vt laborantes a
deo miſericordiam conſequant̄. deſinas colligere adū
ſus xpm calumniam. Si autem non licet i ſabbato
benefacere ꝛ lex prohibet animaꝝ ſalutem. factus es
legis accuſator. Ipſam quoqꝫ ſabbati ſanctionē ſi re
linus diſcutere ad opus pietatis itroductum fuiſſe
reperiemus Iuſſit em̄ in ſabbato feriari. vt qeſcat
ſeruus puer tuus ꝛ ancilla tua. bos tuus ꝛ qlibet
pecus tuum. Qui vero bouis miſeret̄ ꝛ ſpēte bouum
pecoꝝ quō non miſerebit̄ hominis graui morbo per
plexi ¶ Ambro. Lex aū in pn̄tibus formā ꝓfigurauit
futuroꝝ. in quibus vtiqꝫ maloꝝ ferie ſunt non bono
rum nam licet ſecularia opa conquieſcāt. nō ocioſus
tamen boni opis actus eſt in dei laudes requieſcere.
¶ Aug. de que. euā. Cum autem dominus corp᷒ cu
raturus ſic interrogauit Animam ſaluam facere an p
dere Vel quia illa miracula ꝓpter fidem faciebat vbi
ſalus eſt anime vel quia ipſa ſanatio man᷒ dextre ſa
lutem anime ſignificabat que a bonis opibus ceſſās
aridam quodammodo dexterā habere videbat̄ vel ani
mam ꝓ homine poſuit ſicut dici ſolet tot anime ibi
fuerunt ¶ Aug. de con. euā. ſed poteſt mouere quo
modo Math. dixerit ꝙ ipſi interrogauerunt domi
num ſi licet curare ſabbato cum Lucas hic illos pot
ius a domino interrogatos eſſe ꝑhibeat Itaqꝫ intelli
gendum ē ꝙ illi ꝑus interrogauerunt dominum. ſi
licet ſabbato curare Deinde itelligēs cogitaciones
eorum aditum accuſandi querētiū cōſtituit in medio
eū quem fuerat ſanaturus ꝛ interrogauit que Mar
cus ꝛ Lucas eum interrogaſſe commemorant ſequitur
ꝛ circumſpectis omnib᷒ ¶ Titus quaſi collectis om
nium oculis ꝗnecdam incitata mente eorum ad cōſi
derationem negocij dixit homini extende manū tuā
ego tibi mando qui creaui hominem audit aūt ꝗ le
ſam habebat manum ꝛ ſan᷒ fit vnī ſequitur ꝛ exten
dit ꝛ reſtituta ē ſanitati man᷒ ei᷒ Quos autē opor
tebat i miraculo ſtupere augēt maliciā vnde ſequtur
ipſi aū repleti ſūt iſipiencia ꝛ colloquebant̄ ad iuicē
quidnā facerēt de Jeſu ¶ Criſ. Et ut narrat Ma
th. exeūt ꝛ ꝯſiliant̄ vt occidant eum ¶ Ciril. Cernis
Phariſee opantē diuine ac ſupna maieſtate liberan
tem languētes ꝛ mortem portas ex liuore ¶ Beda
homo autem iſte humanum genus ſignificat in fecū
ditate boni opis arefactum ꝓ manu i ꝑmo parēte ad
pomū extēſa quam ſanauit innocēs manus in cruce
extenſa ꝛ bene manus i Synagoga erat arida qꝛ ubi
manus donum ſciencie ibi tranſgreſſor maiori ſubia
cet culpe ¶ Ambro. Audiſti igit̄ verba dicentis ex
tende manum tuā cōmunis iſta generaliſqꝫ medicinā
eſt ꝛ tu qui putas manū habere te ſanā caue ne aua
ricia vel ſacrilegio cōtrahat̄ extēde ſepius eam ꝓ
ximū iuues ut vidue ꝑſidium feras eripias iiiurie
q̄ſ vides iniuſte ꝯtumelie ſubiacere extende ad pau
perem qui te obſecrat extende ad dominum propecca
tis tuis ſic manus extenditur ſic ſanatur.

¶ Factum eſt autem in illis diebus exiit i
montem orare. ꝛ erat pernoctans in oraciōe
dei Et cum dies factus eſſet vocauit diſci/
pulos ſuos ꝛ elegit xii. ex ipſis quos ꝛ apo
ſtolos nominauit Symonem quē cognomina
uit Petrum et Andream fratrem eius Ja/
cobum et Johānem Philippum ꝛ Bartho
lomeum Matheum ꝛ Thomam Jacobū al/
phei ꝛ Symonem qui vocatur zelotes Ju
dā Jacobi ꝛ Judā ſcarioth q̄ fuit ꝓditor.

miſit ad eum ſeniores iudeorum rogās eum
vt veniret et ſaluaret ſeruū eius. At illi cū
veniſſet ad ieſū rogabāt eū ſollicite dicētes
ei qa dignus ē vt hoc illi pſtes diligit enim
gentem noſtram et ſinagogam ipſe edifica
uit nobis. Ihesus autem ibat cum illis et cū
iam non longe eſſet a domo miſit ad eum.
Centurio amicos dicens. Domine noli vex
ari. non enim dignus ſum vt ſub tectū meū
intres propter quod et meipſum nō ſum di
gnum arbitratus vt venirem ad te. ſꝫ dic
tantum verbo et ſanabitur puer meus. Nā
et ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus
hn̄s ſub me milites et dico huic vade et va
dit et alio veni et veīt et ſeruo meo fac hoc et
facit. Quo audito iheſus miratus e et cōuerſꝰ
ſequentibus ſe turbis dixit. Amen dico vo
bis nec in iſrahel tantam fidem inueni. Et
reuerſi qui miſſi fuerant domum. inuenerūt
ſeruum qui languerat. ſanum

¶ Citꝰ. Cum predicationibus documētis ſuos refeciſ
ſet diſcipulos vadit capharnaū ibi prodigiū opa
turꝰ. vn̄ dr̄. Cum autem impleſſet omnia verba ſua
ī aures plebis intrauit in capharnaum. ¶ Augꝰ de
con. euā. Hic intelligendū ē quia nō antēqꝫ hec ver
ba terminaſſet intrauit. ſꝫ nō eſſe expreſſū poſt quan
tum temporis interuallum cum iſtos ſermones ter
minaſſet intrauerit capharnaū. ipo quippe interuallo
leproſus ille mundatus ē. quē ſuo loco matheus in
ponit. ¶ Amb. Pulcre aūt vbi precepta compleuit
forma docet ſuorū preceptorū exercē. Nā ſtatim gētis
centurionis ſuus dn̄o curādus offerť. vn̄ ſequiť. Cē
turionis aūt cuiuſdā ſuus male habens erat moritu
rus qui illi erat precioſus qꝫ moriturum dixit euāge
liſta non fefellit. moriturus eīn̄ erat. niſi fuiſſet ſana
tus a xpo. ¶ Euſe. Strēnuus ſiquidem in bellis erat
iſte centurio. et militibus a romanis prefectꝰ. Qui
vero ſpecialis ſeruiēs eius domi languens iacebat
Conſiderans quales ſaluator erga ceteros virtutes
agebat ſanando languidos et mortuos qꝫ non ſecun
dum vires humanas hec agebantur miracula. intēdit
ad eum vt ad deum. non habito reſpectuad apparēs
organū q̄ cum hominibus cōuerſabať. vn̄ ſequiť. Et
cum audiſſet de iheſu. miſit ad eū ſeniores iudeorum
rogās eū ut veniret et ſaluaret ſeruū eius. ¶ Aug.
de con. euā. Quō ergo verum erit qd̄ matheus nar
rat acceſſit ad eum quidam centurio. cum ipſe nō ac
ceſſerit. vbi diligenť aduertentes intelligamꝰ matheū
ī deſeruiſſe viſitatū modum loquēdi. Si. n. ipſa pue
tio viſitare dr̄ p alios fieri quāto magis acceſſus po
teſt. Non ergo abſurde matheus. per alios facto
acceſſu centurionis ad dominū compēdio dicere vo
luit. ipſum potius acceſſiſſe ad xp̄m q̄ illos p quos
vba ſua miſit. qa q̄ magis credidit eo magis acceſſit.

¶ Criſ. Qualiter etiam matheus dicit ꝙ ipſe dixit
Non ſum dignus vt intres ſub tectū meum. Lucas
autem hic dicit. quoniam rogat vt veniat. ſʒ mihi
videtur ꝙ lucas ſignificat nobis iudaicas blāditias.
Credibile enim eſt vt cum vellet abire centurio. re
traheretur a iudeis blandientibus ⁊ dicentibus. ꝗa
nos eum adducemus. vnde ⁊ eorū preces adu
lationibus plene ſunt. Sequitur enim At illi cū ve
niſſent ad ihesum rogabant eum ſollicite dicētes ei.
quia dignus eſt vt hoc illi preſtes diligit enim gen
tem noſtrā ⁊ ſinagogam ipſe edificauit nobis. Dece
bat ſiquidem ipſos dicere. quoniam ipſe volebat ve
nire ⁊ ſupplicare. nos autem detinuimus calamitatē
videntes ⁊ cadauer quod i domo iacebat. aut ꝓmere
fidē eius immenſitatem. ſed nolebant ꝓpter inuidiam
fidem viri detegere. ne magnus aliquis eſſe videret̄
cuius preces porrigunt̄ ꝙ aūt matheus ſignificat ipſū in
iudeum non eſſe. Lucas vero dicit quē edificauit ſi
nagogam non ē ꝯtrarium. Potuit enī ⁊ iudeus nō
eſſe ⁊ ſinagogam conſtruxiſſe. ¶ Beda. In hoc aūt
oſtenditur quia ſicut nos eccleſiam. ſic etiam illi ſina
gogam non ꝯuentum ſolūmodo fidelium. ſed etiā lo
cum quo conueniebant ſunt ſoliti appellare. ¶ Eu
ſebius. Et ſeniores quidem iudeorū pro modicis ſūp
tibus ad opus ſinagoge datis gratiam poſcunt. ſed
dñs non ꝓpter hoc ſed pro maiori. volēs ſcilicet ge
nerare credulitatem i cunctis mortalibus ꝑ ſuā vir
tutem ſemetipſum exhibuit. vn̄ ſequit̄. Jheſus autē
ibat cum illis. ¶ Ambro. Quod vtiqꝫ non ideo facit
quia abſens curare non poterat. ſed vt formā
tibi daret humilitatis imitāde. ad reguli filiū noluit
pergere ne videret̄ magis diuicias detuliſſe hic ipſe
proceſſit ne videretur in centurionis famulo conditio
nem deſpexiſſe ſeruilem. Centurio vero militari tu
more depoſito reuerentiam ſumit. ⁊ ad fidem facilis
⁊ ad honorificentiam promptus. vn̄ ſequit̄ Et cū
iā longe eſſet a domo. miſit ad eū cēturio amicos di
cens. Domine noli vexari. Non enī hoīs ſed dei po
tentiam credidit dari a xp̄o hoībus ſanitatem. Judei
quidem dignitatem eius pretenderāt. Iſte vero indi
gnum ſe aſſeruit nonſolum beneficij ſedetiam ſuſcep
tionis dñi. Non enim dign⁹ ſum vt ſub tectum meū
intres. ¶ Criſ. Poſtqꝫ enim liberatus eſt a iudeorum
tedio tunc mittit dicens. ne putes pre tedio me non
veniſſe. ſed indignum reputaui te domi recipere.
¶ Ambro. Bene autem lucas in occurſum amicos
dicit eē a Centurione tranſmiſſos. ne preſentia ſua
generare domino verecundiam videretur. ⁊ officio
precauiſſe. vn̄ ſequitur Propter qđ ⁊ meipſum
nō ſum dignum arbitratus vt venirē ad te. ſed dic
tantum verbo ⁊ ſanabitur puer meus. ¶ Criſ. Vbi
vide Centurionem debitam opinionem habentem
de domino. Non enī dixit ora ſʒ tantūmodo iube du
bitans ne ſe humiliando renueret ſubdit. Nā ⁊ ego
homo ſum ſub poteſtate conſtitutus. habens ſub me
milites. ⁊ dico huic vade. ⁊ vadit ⁊ alio veni ⁊ ve
nit. ⁊ ſeruo meo fac hoc ⁊ facit ¶ Beda. Dominū ſe
ſe poteſtati vel tribuni vel preſidis ſubditum dicit
imperare tamen minoribus ut ſubaudiatur eum mul
to magis qui deus ſit non ꝑ aduētum tantum corpo
ris. ſed per angelorum miſteria poſſe implere quod
vellet repellendo enī erant vel infirmitates corporū
vel fortitudines contrarie. ⁊ verbo dñi ⁊ miſterijs
angelorum ¶ Criſ. Eſt autem hic notādum ꝙ hoc
v̄bum fac imperium deſignat dictum ſeruo. ob hoc
deus cum vellet hominem creare. non ait vnigenī
to. fac hominem. ſed faciamus hominem vt per for
mam ꝯſenſus v̄borum declararet equiparantiam. quia
in xp̄o conſiderabat excellentiam domi. ob hoc ait
dic verbo. nam ⁊ ego dico ſeruo meo ⁊ cetera. xp̄s
autem non eum reprehendit. ſed eius intentionē ro
borauit. vnde ſequit̄ Quo audito ihs miratus ē
¶ Beda. Sed quis i illo fecerat ipſam fidem. niſi ille
qui admirabat̄? ſed ⁊ ſi alius eam feciſſet. quid mi
raretur. qui preſcius erat. ꝙ ergo miratur dominus
nobis mirandum ſignificat. omnes enī tales motus
cum de deo dicunt̄. nō perturbati animi ſigna ſunt. ſed
docētis magiſtri ¶ Criſ. Vt autem liqueat tibi ꝙ do
minus hoc ideo dixit. vt alios inſtruat. prudenter enī
euāgeliſta hoc aperiens ſubdit Amen dico vobis. nec
in iſrael tantam fidem inueni ¶ Ambr. Et quidem ſi
ſic legas In nullo tantam fidem inueni in iſrael. ſim
plex intellectus ⁊ facilis ē. Si vero iuxta grecos.
nec i iſrael tantam fidem inueni fides huiuſmōi etiā
electoribus ⁊ deum videntibus auferet̄ ¶ Beda. nō
autem de omnibus retro patriarchis ⁊ ꝓphetis ſʒ de
preſentis eui loquit̄ hoībus Quibus ideo Centuri
onis fides anteferentur. quia illi legis ꝓphetarūqꝫ mo
nitis edocti. hic autem nemine docente ſponte credidit
¶ Ambro. Probatur autem fides domini ⁊ ſerui ſa
nitas roboratur. vn̄ ſequit̄ Et reuerſi qui miſſi fu
erant domum. inuenerunt ſeruū qui lāguerat ſanū
Poteſt ergo meritum domini ⁊ famulis ſuffragari
nonſolum fidei merito ſʒ ⁊ ſtudio diſcipline ¶ Beda
Plenius autem hec explicat matheus. ꝙ dicente do
mino Centurioni Vade ſicut credidiſti. fiat tibi ſana
tus ſit puer ex illa hora. Sed beato luce moris ē ꝗ
plene videt ab alijs euāgeliſtis expoſita abbreuia
re vel etiam de induſtria preterire. que vero ab eis
omiſſa vel breuiter cognouerit tacta. dilucidare ſol
lertius ¶ Amb. Miſtice aūt ſuo cēturionis ꝑſo na
tionum qui mundane ſeruitutis vinculis tenebatur
eger letalibus paſſionibus beneficio domini ſanād⁹
exprimit̄ ¶ Be. Centurio aūt cuius fides iſraeli ꝑfer
tur electos gentibus oſtendit. qui quaſi centenario
milite ſtipati virtutum ſpiritalium ſunt ꝑfectiōe ſub
limes Numerus enī centenarius qui de leua tranſ
fertur ad dexteram in celis vite ſignificatione poni
ꝯſueuit. Tales ergo pro his neceſſe ē domino ſup
plicent. qui adhuc ſpū ſeruitutis premunt̄ Nos aūt
qui de gentibus credimus. nō ipſi ad dominum veni
re poſſumus. quē i carne videre non valemus. ſʒ ad
eum accedere debemus per fidem Seniores autē iu
deorum mittere. hoc eſt ſūmos eccleſie viros q̄ nos
ad dominū preceſſerunt. ſupplicater obſeruando pa
tronos acquirere qui nobis teſtimoniū reddentes ꝙ
eccleſiam edificare curemus pro noſtris peccatis i
tercedant. Pulcre autem dicitur quia ihs non lōge
erat a domo quia prope timentes eum ſalutare ipſi⁹
Et qui naturali lege recte vtitur. quo bona ꝗ nouit

optatur eo illi q̄ vē bonus ē appropiat ¶ Amb. Nō
vult autem ihesum vexari centurio·quia quē iudeo
rum populus crucifixit·inuiolatum ab iniuria mane
re deſiderat populus nationum·et qd̄ ad miſteriū ſpe
ctat· vidit ī pectora adhuc gētilium nō eſſe penetra
bilem xp̄m ¶ Beda· Milites aūt et ſerui qui cēturi
oni obediunt·virtutes ſunt naturales·quarū copiā
multi ad dominū venientes deferunt ſecū ¶ Theoph
Vel aliter Centurio eſt intellectus qui multoꝝ i mi
licia princeps exiſtit·dum multas ī hac vita res ha
bet·Habet autem ſeruū infirmū irrationabilem aīe
partem iraſcibilem et concupiſcibilem dico Et mittit
ad ihesum mediatores iudeos id eſt cōfeſſionis cogi
tationes et verba·et cōfeſtim ſuſcipit ſeruum ſanum
¶ Et factum eſt deinceps ibat ī ciuitatem
que vocat̄ Naym. et ibāt cum illo diſcipuli
eius et t̄ba copioſa Cū aūt appropinq̄ret
porte ciuitatis ecce defunctus efferebatur
filius vnicus matris ſue. et hec vidua erat
et turba ciuitatis multa cum illa Quā cum
vidiſſet dominus. miſericordia mot9 ſuper
eam. dixit illi Nolite flere. et acceſſit et teti
git loculū Hi aūt q̄ portabāt ſteterūt Et ait
Adoleſcēs tibi dico ſurge Et reſedit q̄ erat
mortuus. et cepit loqui Et dedit illū matri
ſue Accepit aūt omnes timor et magnifica
bant deum dicentes Quia propheta mag/
nus ſurrexit in nobis et quia deus viſitauit
plebem ſuam Et exijt hic ſermo in vniuer/
ſam iudeam de illo. et in omnē circa regionē
¶ Cirillus Mira domin9 mira annectit· et ſupra
q̄dem acceſſitus occurrit·hic vero ñ vocat9 acceſſit
Vnde dicit̄ Et factum ē deinceps ibat in ciuitatem q̄
vocatur Naym ¶ Beda Naym ē ciuitas galilee
in ſecundo miliario montis tabor Diuino autem nutu
multa turba dominū comitat̄ vt multi eſſent tanti
miraculi teſtes·vnd̄ ſequit̄ Et ibāt cum illo diſcipli
eius et turba copioſa ¶ Greg·niſenus Reſurrectio
nis autem experimentum non ita verbis ſicut opibus
a ſaluatore didicimus qui ab inferioribus inchoans
opus miraculi·fidem noſtram aſſuefacit ad maiora.
Primo quidē ī egritudine deſperata ſerui centurio
nis reſurrectōnis incepit poteſtatem Poſt hec altio
ri poteſtate ducit hoīes ad fidem reſurrectionis dum
ſuſcitauit filium vidue·qui ferebat̄ ad monumentū
Vnd̄ ſequitur· Cum autem appropinquaret porte ci
uitatis·ecce defunctus efferebat̄ filius vnicus ma
tris ſue· Diceret enim aliquis de puero centurionis
q̄ moriturus non erat· vt igitur temerariā liguā
compeſceret iam defuncto iuuenē xp̄m obuiare fate
tur vnico filio vidue Nam ſeq̄t̄ Et hec vidua erat
et turba ciuitatis multa cum illa· Erūne molem bre
uib9 verbis explicuit Mater vidua erat q̄ nō ſpe
rabat vlterius filios procreare. nō habebat in quē
aſpectum dirigeret vice defuncti·hūc ſolum lactaue
rat·ſolus aderat alacritatis cauſa ī domo·quicq̄d ma

ter dulce ac precioſum hic ſolus exiſterat ¶ Cirill.
Miſerāda paſſio et ad fletum et lacrimas potens p
uocare Vnde ſequit̄·Quā cū vidiſſet dominus·mi
ſericordia motus ſup eam dixit illi· Noli· flere
¶ Beda· Quaſi diceret deſiſte quaſi mortuū flere
quē mox viuū reſurgere videbis· ¶ Amb· Habet
autem ceſſare a lacrimis qui conſolatur meliora·me
ret nos preſentibus defunctis cōſolationē recipere re
ſurrectionem ſperātes· Tenet aūt feretrū vita do
mina mortis·vnde ſequit̄ Et acceſſit et tetigit loculū
Hi autem qui portabant·ſteterunt ¶ Ciril· Non aūt
ñ ſolo v̄bo pagit miraculū. ſ; et feretrū tāgit·ut cog
noſcas efficax eē ſacꝝ xp̄i corp9 ad hūanā ſalutē
·n· corpus vite et caro verbi omnipotentis cuius h
virtutem·ſicut eñi ferrum adiunctum igni perficit
opus ignis·ſic poſtq̄ȝ caro vnita ē verbo·qd̄ viuifi
cat oīa ipa q̄ſ ſ̄ca eſt viuificatia et mortis expulſiua
¶ Titus Non autem ſaluator ſimilis eſt heliſeo ſuſcitā
ti filium ſareptene·nec qualis heliſeus qui p̄pria cor
pus applicuit corpori defuncti· nec qualis eſt petr9
qui pro thabita orauit· Sed ipſe qui non entia
velut entia vocat·q̄ mortuos vt viuos alloqui po
teſt·vnde ſequitur Et ait· Adoleſcens tibi dico ſur
ge dico ¶ Grego·niſenus· Qui dixit adoleſcentem
florentis ſignificauit temporis horam·primi produ
cētem lanuginem qui paulo ante mulcebris erat ma
ternorum oculorum aſpectui Iam aſpirās ad tempꝰ
ſponſalium·virga generis·ſucceſſionis ramus·ba
lus ſenectutis ¶ Titus Iocundāter autem erectus
eſt cui ſunt mandata directa Diuina eñi poteſtas ē
irrefragabilis · nulla mora nulla oratione adiuta
vnd̄ ſequit̄ Et reſedit qui erat mortuus et cepit lo
qui et dedit illū matri ſue Indicia ſunt hec vere re
ſurrectionis· Corpus eñi exanime loqui non poſſet
Nec reportaſſet mulier ad domū defunctum filiū et
inanimatum ¶ Beda Pulcre aūt euāgeliſta domi
num pri9 miſericordia motum eſſe ſup matre· ac ſic
filium reſuſcitare teſtatur·ut ī vno nobis exempli
imitande pietatis oſtenderet in altero fidem mirande
poteſtatis aſtrueret· vnd̄ ſequit̄ Accepit autem oēs
timor et magnificabant deum dicentes· quia p̄pheta
magnus ſurrexit ī nobis et quia deus viſitauit ple
bem ſuam ¶ Ciril· Hoc magnum fuit in populo in
ſenſibili et ingrato Poſt modicum enim nec gloria
nec ad vtilitatem populi procedere ip̄m exiſtimant
Nemini aūt habitātium iudeā hoc miraculū latuit
vnd̄ ſequit̄ Et exijt hic ſermo in vniuerſam iudeam
et in oēs circa regionē ¶ Max9· Idcirco aūt ē dicē q̄
ſeptē reſurrectiōes ante dñicā narrant̄· quar prima
ē filij ſareptene· Secunda filij ſunamitis· Tertia q̄
facta eſt ī reliq̄s heliſei Quarta q̄ facta eſt in naym
Quinta filie archiſinagogi Sexta lazari Septima ī
xp̄i paſſione Multa nāq̄ corpora ſanctorꝰ ſurrexit
Octaua ē xp̄i qui expers mortis remanſit vlterius
ī ſignum q̄ cōmunis reſurrectio que futura ē ī octa
ua etate non tollet̄ morte· ſ; indiſſolubilis permāebit
¶ Beda· Defunctus autem qui extra portam ciui
tatis multis eſt intuentibus elatus ſignificat homi
nem letalium funere criminum ſopoſitum et anima
mortem non cordis adhuc cubili tegentem· Sed

Sed ad miraculorum noticiam per locutionis opiſue
indicium quaſi p̄ dignitatis hoſtia ꝓpalantem. Porrō
enim mutatos puto aliquem de ſenſibus eſſe corpora
libus qui bene filius vnicus matris ſue fuiſſe perhi
betur quia vna eſt ex multis perſonis collecta mater
eccleſia viduam autem eſſe eccleſiam omnis anima
que de domini morte redemptam meminit agnoſcitur
Ambro. Hanc enim viduam populorum turba
circumſpecit plus ut videt eſſe q̄ feminam que reſurre
ctionem vnici adoleſcentis filii a pompa funeris re
uocat ad vitam ſuarum contemplatione lacrimarum
que flere prohibetur eum: cui reſurrectio debebatur
Beda. vel nouati dogma confunditur qui dū pe
nitentium reconciliationem euacuare conatur. matrem
eccleſiam de natorum ſuorum ſpiritali extinctione plo
rantem ſpe uite reddende: negat conſolari debere.
Ambro. Hic autem mortuus i loculo materiali to
quatuor ad ſepulcrum ferebatur elementis. ſed ſpem
reſurgendi habebat, quia ferebatur i ligno. quod etſi
nobis ante non proderat: tamen poſteaq̄ xp̄s id teti
git proficere cepit ad uitā ut eēt indicio ſalutem po
pulo prius pabulum refundendam. In ſecreto
enim uero examines: cum vel ignis immodice cu
piditatis exeſtuat. vel frigidus humor exundat et
pigra quadā corporis habitudine uigor hebetat aīi
noſtri. Beda vel loculus in quo mortuus effert
male ſecura deſperati corporis conſcientia eſt. Qui
vero ſepulchrum portant vel immunda deſideria vel
blandimenta ſunt ſocior: qui domino loculum tāgen
ti ſteterunt: quia ſuperni formidine iudicii tacta cō
ſcientia carnales ſepe voluptates et iniuſte laudan
tes cohercens ad ſe reuertit vocantiq; ad uitam re
ſpondet ſaluatori. Ambro. Si ergo graue peccatū
eſt quod penitentie tue lacrimis ipſe lauare nō poſſis
flebit pro te mater eccleſia aſſiſtat et turba. iam ſur
ges a funere. et incipies alia uita loqui. timebunt
omnes. vnius enim exemplo plurimi corriguntur. Lau
dabunt etiam deum qui tanta nobis remedia uitādē
mortis indulſit. Beda. viſitauit autem deus plebē
ſuam non ſolum ſemel verbum ſuum icorporādo. ſed
ſemper in corda mittendo. Theo. viduam etiam potes
intelligere animam virum amittentem id ē diuinum
ſermonem. filius eius eſt intellectus qui extra ciuita
tem effertur viuentium. Loculus eius eſt corpus cu
ius quidam dixerunt eſſe ſepulcrum. Tangēs autem
eum dominus. eleuat ipſum. iuueneſcere faciēs eum
qui ſurgens a peccato incipit loqui et alios edocere.
Non enim prius ei crederet.

Et nunciauerūt iohanni diſcipuli eius d̄
omnibus his Et cōuocauit duos diſcipulos
iohannes. et miſit eos ad iheſum dicēs Tu
es qui venturus es an alium expectamus
Cum autem veniſſent ad eum viri dixerūt
Johannes baptiſta miſit nos ad te dicens.
Tu es qui venturꝰ es an alium expectamꝰ
In ipſa autem hora curauit multos a langu
oribus et plagis et ſpiritibꝫ malis et cecis
mltis dōauit viſū Et rn̄dēs dixit illis Eū
tes renūciate iohanni q̄ audiſtis et vidiſtis
quia ceci vidēt. claudi ābulāt. leproſi mūdant
Surdi audiūt. mortui r̄ſurgūt paupes euan
gelizāt. et btūs ē q̄ nō fuerit ſcādalizatꝰ i me

Ciril. Miraculum quod ad oēs inhabitantes iudeā
et galileam puenerant: referūt ſancto baptiſte quo
rumdam eius diſcipulis. vnde ſequitur Et nunciauerūt io
hanni diſcipuli eius de omnibꝫ his. Beda. Nō ſim
plici corde ut opinor: ſed inuidia ſtimulante. Nam et
alibi conqueruntur dicentes Rabbi qui erat tecū
trans iordanem ecce hic baptizat et omnes veniūt
ad eum. Criſ. Tunc aūt magis ad deū erigimur
cum incumbit neceſſitas Et ideo iohannes detruſus
in carcerem quādo magis diſcipuli eius indigebant
iheſu Tunc mittit eos ad xp̄m Sequitur enim Et con
uocauit duos diſcipulos iohānes. et miſit eos ad ihe
ſum dicens Tu es qui venturus es. an alium expe
ctamus. Beda. Non ait tu es qui veniſti. ſed tu
es qui venturus es. Et eſt ſenſus Mānda mihi quia
interficiendus ab Herode et ad inferna deſcenſurus
ſum. vtrum te inferis debeam nunciare qui ſuperis
nunciaui: an hoc non conueniat filio dei et alium ad
hec ſacramenta miſſurus es. Ciril. Sed omnino
reprobanda eſt talis opinio. nuſquam enim reperi
mus ſacram ſcripturam diſſerere quod infernalibus
prenunciauerit baptiſta iohānes ſaluatoris aduentū
Illud autem verum eſt dicere: quod nō ignorauit baptiſta
virtutem miſterii incarnationis vnigeniti. vnde et hoc
cum aliis nouerat quod illuminaturus erat in infernum
manentes: cum pro omnibꝫ guſtauerit mortem tam
viuis q̄ mortuis Sed quoniam ſermo ſacre ſcripture
hunc quidem predixit venturum tanq̄ deum et do
minū. alii vero miſſi ſunt ſicut famuli ante ipſm ideo
oīm ſaluator et dn̄s a prophetis nominabatur q̄ ve
nit. vel qui vēturus eſt. ſm illud pſalmi. Benedictus
qui venit in nomine dn̄i. et in Abacuc poſt modicum
qui venturus eſt. veniet et non tardabit Igitur di
uus baptiſta quaſi nomen accipiens a ſacra ſcriptura
miſit quoſdam diſcipulorum ſuorum queſituros an ipſe
ſit qui venit vel q̄ venturus eſt Amb. Sed quō
fieri poſſet ut de quo dixerat. Ecce qui tollit pecca
ta mundi. adhuc eum dei filium eſſe non crederet.
aut enim inſolentie eſt ei tribuere diuina que neſcie
rat aut de dei filio dubitaſſe pfidia eſt. Nonnulli aūt de
ipſo Iohe ſic intelligunt magnum quidem ita ꝓphe
tam vt xp̄m agnoſceret: ſed tamen non tanq̄ dubiū
ſed tanq̄ pium vatem quem venturum crediderat.
non crediſſet moriturum. Nō igitur fide ſed pietate
dubitauit. ſicut et Petrus dicens. Propitius tibi eſto
dn̄e non fiet hoc. Ciril. Vel ex diſpēſatione int̄
rogat. nouerat enim ut precurſor paſſionis xp̄i mi
ſterium ſed ut diſcipulis ſuis conſtet quāta ſit excel
lētia ſaluatoris: ex peritioribꝫ diſcipulis prudentiores
miſit quos precipit ſciſcitari. et viua ſaluatoris vo
ce conſpicere ſi ipſe eſt qui expectabatur. vnde ſubditur
Cū aūt ad eum veniſſent viri dixerūt iohes baptiſta
miſit nos ad te dicens. Tu es qui venturus es. an

alium expectamus ¶ Sciens autē ut deus quo animo miſiſſet eos Johannes ⁊ cauſam aduentus eoꝝ tūc temporis egit uberiora miracula Unde ſeq̄tur in ipſa aūt hora curauit multos a languoribus ⁊ plagis et ſpiritibus malis ⁊ cecis multis donauit uiſum Non dicit eis expſſe ego ſum ſed ducit eos magis ad rei certitudinem vt congrua ratione ſumentes fidem ipſius reuertantur ad eum qui miſit eos Unde nō ad verba ſed ad ꝓpoſitū mittentis reſpōſum exhibuit Nam ſequitᷣ Et reſpondēs dixit illis Euntes renūciate Johānī que vidiſtis ⁊ audiſtis Quaſi diceret narrate Johanni que quidē audiſtis ꝑ prophetas conſummari vero vidiſtis a me Ea enī tunc agebat que dixerant prophete eum facturū de quibus ſubditur quia ceci vident claudi ābulāt leproſi mūdāt ſurdi audiunt mortui reſurgunt ¶ Ambro. Plenū ſane teſtimoniū quo dominū ꝓpheta cognoſceret de ipſo enī fuit ꝓphetatum Quia domin⁹ dat eſcā eſurientibus erigit eliſos ſoluit compeditos illuminat cecos ⁊ qui iſta facit regnabit ineternum. Ergo n̄ hūane iſta ſed diuine virtutis inſignia ſunt Diuus autem euāgelij exempla vel rara vel nulla inueniūtur. vnus thobias oculos recepit ⁊ hec fuit angeli nō homis medicina Helias mortuū ſuſcitauit. ipſe tamen rogauit ⁊ fleuit. hic iuſſit. Heliſeus leproſū mundari fecit. non tamen ibi valuit precepti autoritas. ſed miſterij figura ¶ Theo. Pūt etiam hec verba Eſaie dicentis deus ipſe veniet. ⁊ ſaluabit nos. tunc aperientur oculi cecorum ⁊ aures ſurdorū patebunt tunc ſaliet ſicut ceruus claudus. ¶ Beda ⁊ qꝺ his nō minus eſt ſubdit Pauperes euāgeliſantur pauperes ſcilicet ſpū vel opibus intus illuminant. vt inter diuites ⁊ egenos in ꝑdicatione nulla diſtantia ſit. hec magiſtri comprobant veritatem quando oīs qui apud eum ſaluari poteſt equalis eſt ¶ Ambro. Sz tamen parua adhuc iſta domice teſtificationis exempla. plenitudo fidei crux domini. obitus. ſepultura ē vnde addidit Et beatus ē qui non fuerit ſcandaliſatus ī me Crux enim etiam electis ſcandalum poſſet afferre. Sed nullum hoc maius diuine perſone eſt teſtimonium. Nihil eſt enī qꝺ magis eſſe vltra hūana videatᷣ q̄ȝ toto ſe vnū obtuliſſe pro mundo ¶ Cirillus Vel ꝑ hoc volebat oſtendere ꝙ queciiq̄ verſabantur ī cordibus eoꝝ. ab oculis ipſius effugere nequiuerunt ipſi enī erant qui ſcandaliſabātᷣ de ipſo ¶ Ambro. Myſtice autem in iohanne ſupra diximus typum eſſe legis que prenūcia fuit xp̄i Mittit g⁹ iohannes diſcipulos ſuos ad xp̄m. ut ſupplementū ſcīe cōſequamur q̄a plenitudo legis eſt xp̄s Et fortaſſe iſti diſcipuli ſunt duo populi. quorū vnus ex iudeis credidit. alter ex gentibus qui ideo credidit. quia audiuit. voluerunt ergo ⁊ iſti videre q̄a beati oculi qui vident. Cum autem venerint ad euāgeliū ⁊ cognouerint illuminari cecos. ābulare claudos. ſic tunc dicent. oculis noſtris ꝑſpeximus videmur enim nobis vidiſſe que legimus. aut fortaſſe ī parte quadam corporis noſtri omnes videmur iueſtigaſſe dominice ſenē paſſionis. fides enī per paucos ad plures peruenit. Lex ergo xp̄m venturum ānunciat euāgelij ſcriptura veniſſe confirmat.

¶ Et cum diſceſſiſſent nuncij iohānis cepit dicere de iohāne ad t̄bas Quid exiſtis in deſertum videre arundinē uento moueri Sed quid exiſtis videre hominē mollibꝰ veſtimentis indutū? Ecce qui ī veſte ꝑcioſa ſunt ⁊ in delicijs in domibus regum ſūt Sed qd exiſtis videre ꝓphetā Utiq̄ȝ dico vobis et pluſq̄ꝫ ꝓphetam? Hic eſt ꝺ quo ſcriptum eſt Ecce mitto angelum meū ante faciem tuā qui prepabit uiam tuam ante te Dico enī vobis maior internatos mulierum ꝓpheta iohāne baptiſta non eſt Qui autem minor eſt in regno dei maior eſt illo.

¶ Ciril. Cōtexit dominus tanq̄ȝ hominū ſecreta cognoſcens aliquos dicturos. ſi vſq̄ hodie ignorat iohannes ihm. qualiter eum oſtendebat nobis dicens. Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi Ut igitur ſanaret hanc paſſionem que eis acciderat. dominus quod ex ſcandalo procedebat. excluſit. Unde dicitur Et cum diſceſſiſſent nūcij iohānis cepit dicere de iohanne ad turbas Quid exiſtis in deſertum videre arundinem vento moueri quaſi diceret mirati eſtis de iohanne baptiſta ⁊ plures ꝓrexiſtis ad eum percurrentes tam longa deſerti itinera. fruſtra aliquid ſi ſic leuem ipſū exiſtimatis. ut ſimilis ſit arundini declinantis quocunq̄ agitat ventus Talis enim videtur. ſi que cognouit ex leuitate ſe ignorare dicatur. ¶ Titus. Non autem exiſtis in deſertum ubi nulla iocunditas. ciuitatibus omiſſis. nec de hac re curam gerentes ¶ Grecus Hoc autem poſt receſſū diſcipulorū iohannis dominus dicit. non enim ꝑſentibus eis proferre volebat baptiſte preconia ne illi dicentis verba eſſe putarentur ¶ Ambroſius Sed ociose autem iohannis hic perſona laudatur. qui in amore poſt habito iuſticie formam nec mortis rore mutauit. Deſerto enim mūdus hic comparari videtur adhuc ſterilis adhuc incultus. in quem intrare nobis dominus ita precipiendo ut mentes carnis īflatos vacuoſq̄ virtutis interne uiros ⁊ fragili glorie ſecularis ſublimitate iactātes exemplari quidam ⁊ imagine nobis putemus imitandos quos ꝑcelſis huius mundi obnoxios uita mobilis inquietudine arundini comparandos ¶ Grecus. Et enim infallibile teſtimonium uite iohannis veſtitus et carcere in quem detruſus non fuiſſet. ſi ſcuſſet hunc principibus. vnde ſequitur. Sed quid exiſtis videre hominem mollibus veſtimentis indutum Ecce qui in veſte precioſa ſunt ⁊ in delicijs. in domibus regum ſunt mollibus veſtimentis indutos uiuentes molliter ſignificat ¶ Criſ. Mollis autem veſtis diſſoluit rigidā animam ⁊ ſi rigidum corpus aſſumat ⁊ aſpe͛ʒ facile ꝑ hꝰmōi mollicīē dilicateū reddt ⁊ fragile

Facto vero corpore molliori neceſſe eſt ⁊ animam participare leſionem. Nam vt plurimū opationes ipſius conſonant diſpoſitionibus corporis. ¶ Ciril. Qualiter ergo tanta ſedulitas religionis vt carnales paſſiones ſubijceret ad tantam ignorantiam deueniret niſi ex mentis leuitate q̄ non aſperitates ſed illecebre mundane delectant. Igitur ſi velut nō co[illegible] delicioſū Johannem imitamini. date ei robur conuenientem competens. Si vero nihil amplius debet [illegible] conuerſationi. quid omiſſa reuerentia delica[illegible] incolam deſerti. vileq̄ꝫ tegimen ⁊ camelorū villos mirami. ¶ Criſ. Per verūq̄ꝫ autem dictorū deſignat q̄ iohannes nec naturaliter facile mobilis erat. nec ulla voluptate flecteretur. ¶ Ambroſ. Et quibus pleroſq̄ꝫ molliores cura veſtis effeminet. tamen alia videtur hic indumenta ſignificare humana ſcꝫ corpora. quibus anima noſtra veſtitur. ſunt autem molla indumenta delicioſi actus ⁊ mores. hi vero q̄ [illegible] deliciis mēbra ſoluūtur regni celeſtis ex[illegible] ſunt. quos rectores mundi huius atq̄ꝫ tene[illegible] operiunt. hi ſunt enim reges qui dominant [illegible] operum emulos. ¶ Ciril. Sed forte inconue[illegible] circa hoc excuſare iohannem fatemini enim [illegible] eſſe vnde ſubdit. ſed quid ex iſtis vi[illegible] prophetam vtiq̄ꝫ dico vobis ⁊ pluſquam pro[illegible] prophete namq̄ꝫ predicabant venturum. Hic autem nonſolū venturū predicauit ſed ⁊ pñtem [illegible] dicens Ecce agnus dei. ¶ Ambro. Maior [illegible] propheta in quo finis ē ꝓphetarū. quia multi cu[illegible] videre quē iſte cōſpexit. quē iſte baptizauit. ¶ Ciril. Cum igitur ⁊ a loco ⁊ a veſtibus ⁊ ex con[illegible] hominū morem eius deſcripſerit. introducit ꝓ[illegible] teſtimonium dicens. Hic eſt de quo ſcriptum [illegible] malachia. Ecce mitto angelum meum. ¶ Beda. Angelum appellat hominem. non quia na[illegible] angelus. homo enim naturaliter erat. ſed [illegible] angeli exercebat. annunciando xp̄i aduētū. ¶ Grecus. Quod autem ſubdit. Ante faciē tuā ꝓ[illegible] deſignat. Aperuit enim hominibus prope [illegible] aduentū. Quapropter ⁊ pluſq̄ꝫ prophetā ipm̄ [illegible] eſt. Nam ⁊ hi qui in milicija colla[illegible] regibus digniores ⁊ familiores ſunt. ¶ Ambro. Dum autem domino nonſolum naſcendi [illegible] carnem ordine ſidei nuncio ſederam pre[illegible] quoddam parauit paſſionis. vnde ſequit̄ qui ꝑ[illegible] viam tuam ante te. ¶ Ambroſ. Si autem ⁊ [illegible] quō maior hic omnibus. ſed inter mulie[illegible] natos maior enim his fuit. quibus [illegible] poterat eſſe ſorte naſcendi. vnde ſequitur. [illegible] enim vobis maior inter natos mulierum pro[illegible] iohanne baptiſta non eſt. ¶ Criſ. Sufficit q̄ [illegible] vox prebens teſtimonium preeminentie io[illegible] inter homines. Reperiet autem q̄ vult ⁊ ra[illegible] coronā ſi mēſā eius conſiderauerit. ſi vitā. ſi [illegible] excellentiam. velut enim qui celitus deſcēdiſ[illegible] in terra fere nullam gerens curā de cor[illegible] intellectualiter erectus in celum. ⁊ ſoli deo piun[illegible] nullo mundanorum ſollicitus. ſermo ſeuerus [illegible] nam cum populo iudeorum viriliter ⁊ feruē[illegible] cum rege audacter. cum proprijs diſcipulis leni-ter cōferebat. Nil fruſtra vel leuiter. ſed omnia cō-uenienter agebat. ¶ Iſido. abbas. Maior etiam inter natos mulierum iohannes eo q̄ ab ipſo matris vtero ꝓphauit. ⁊ poſitus ī mēbris ac tenebris lumē qd̄ iā venerat. non ignorauit. ¶ Amb. Denique eouſq̄ꝫ cū dei filio nō poterat iohānis eſſe vlla collatio vt ⁊ īfra angelos eſtimetur. vnde ſequitur. Qui autem minor eſt in regno dei. maior ē illo. ¶ Beda. Hec ſententia duobus modis poteſt intelligi. aut enim regnum dei appellauit quod nōdū accepimus. in q̄ ſunt angeli. ⁊ quilibet in eis minor. maior eſt quolibet iuſto portante corpus. quod aggrauat animā. Aut ſi regnum dei intelligi voluit huius temporis eccleſiam. ſeipſū dominus ſignificauit. q̄ naſcēdi tempore mīor erat iohanne. maior autem diuinitatis autoritate ⁊ poteſtate dominica. Proinde ſecundum primā expoſitionē ita diſtinguitur. Qui autem minor eſt ī regno dei. ac deinde ſubinfertur. maior eſt illo. ſm̄ poſteriorem vero ita. Qui autem mīor eſt. ac deinde ſubinfertur ī regno dei maior eſt illo. ¶ Criſ. Ut enī copia laudum iohānis occaſionem iudeis non daret preferēdi iohannem xp̄o hoc ſubdidit. Ne autem putes. q̄ cō-paratiue ſe dixerit maiorem iohanne. ¶ Ambro. alia enim eſt iſta natura. nec cum humanis generationibus comparanda. Nō enim poteſt homini cū deo vlla eſſe collatio. ¶ Ciril. miſtice autem cum iohannis prerogatiuam oſtendit. inter natos mulierum ponit ex oppoſito aliquid maius eum ſcilicet qui ꝑ ſpm̄ſanctū natus eſt filius dei. Regnum enim donum dei ſpūs ē. Quamuis ergo ſecundum operum ⁊ ſanctitatem minores ſimus his qui legis miſteriū ſunt aſſecuti quos iohannes ſignificat tamen maiora ꝑ xp̄m attigimus participes facti diuine nature.

¶ Et omnis populus audiens ⁊ publica-ni iuſtificauerūt deum baptizati baptiſmo Johannis. Pharisei autem ⁊ legiſperiti cō-ſilium dei ſpreuerunt in ſemetipſis non baptizati ab eo cui ergo ſimiles dicā homines gñaciones huiꝰ ⁊ cui ſil̄es ſunt ſil̄es ſūt pueris ſedentibus in foro ⁊ loquentibus ad inuicem ⁊ dicentibus Cantauimus vobis tibijs ⁊ nō ſaltaſtis Lamentauimꝰ ⁊ nō ploraſtis. venit enim iohannes baptiſta neq̄ꝫ māducās panē neq̄ꝫ bibens vinū. ⁊ dicitis demoniū habet venit filius hominis manducans ⁊ bibens. ⁊ dicitis Ecce homo deuorator ⁊ bibens vinum amicus publicanorum ⁊ peccatorum. ⁊ iuſtificata eſt ſapiencia ab omnibus filiis ſuis

¶ Criſ. Premiſſa cōmendatione iohannis magnū phariſeorum ⁊ legiſ peritorū prodidit crimen qui nec poſt publicanos baptiſma iohannis acceptarunt. vnd̄ dicitur. Et omnis populus audiēs ⁊ publicani iuſtificauerunt deum baptizati baptiſmo iohannis. ¶ Ambro. Juſtificatur deus per baptiſmum. dum ſe

homines peccata ꝓpria confitendo iuſtificant ¶ Qui ei
peccat ⁊ confitetur deo peccatum iuſtificat deum cre
dens ei vincenti ab eoq; gratiam ſperans in baptiſma
te igitur iuſtificatur deus in quo eſt ⁊ confeſſio ⁊
venia peccatorum ¶ Euſebius Quia etiam credide
runt · iuſtificauerūt deum · apparuit enim ei iuſtus ī
omnibus que · fecit phariſei autem repellendo iohā
nem tanquam inobedientes non conſonabant ꝓphete
dicenti Ut iuſtificeris in ſermonibus tuis Unde ſeq̄
tur Phariſei autem ⁊ legiſperiti conſilium dei ſpre
uerunt in ſemetipſos non baptiſati ab eo · ¶ Beda ·
Hec verba ſiue ex perſona euangeliſte ſiue ex per
ſona ſaluatoris ut quibuſdam placet · dicta ſunt · qḋ
autem dicit in ſemetipſos · vł cōtra ſemetipſos ſigni
ficat · quia qui gratiam dei reſpiuit contra ſemetipſū
facit · vel ad ſemetipſos miſſū dei cōſilium ſtulti ⁊ in
grati vituperantur noluiſſe recipere Conſilium ergo
eſt dei ꝙ per paſſionem ⁊ mortem xp̄i ſaluare decre
uit quod phariſei ⁊ legiſperiti ſpreuerūt ¶ Ambro
Non condemnamus ergo ſicut phariſei conſiliū dei
quod ē in iohānis baptiſmate hoc eſt ꝯſiliū quod ma
gni conſilij angelus reperit Iohānis conſilium ne
mo contemnit dei conſilium quis refutet ¶ Cirillus
Erat aūt quidā modus ludendi talis conſuetus apud
filios iudeorum bipertiebaꝫ puerorū caterua qui rerū
preſentis vite derident̄es repentinā tranſmutacionē
hi quidem canebāt hi vero merebant ſ; nec gaudenti
bus ꝯgaudebāt merentes nec ꝗ gaudebāt ꝯformabāt
ſe flentibus deinde arguebant ſe inuicem improperātes
in conpaſſionis maliciam tale qḋ paſſam fuiſſe iude
orum plebem vna cū principibus xp̄s innuebat vn
de ex perſona xp̄i ſubditur Cui ergo dicam ſimiles
hoīes generationis hu⁹ ⁊ cui ſites ſi͡ſites ſunt pue
ris ſedentibus in foro ⁊ loquentibꝫ adinuicem ⁊ di
centibus Cantauimus vobis tibijs ⁊ nō ſaltaſtis la
mentauimus ⁊ nō ploraſtis ¶ Beda Generacio iu
deorum comparatur pueris quia doctores olim pro
phetas habebant de quibus dicitur Ex ore īfantā
cium ⁊ lactēcium perfeciſti laudem ¶ Amboſi⁹ Cā
tauerunt autem prophete ſpiritalibus modulis pub
lice ſalutis oracula reſultantes fleuerunt threnis fle
bilibus Iudeorum dura corda mulcentes Hoc can
ticum non in foro · non in plateis canebatur · ſed in
iheruſalem ipſa eſt enim dominicum forum · in quo p̄
ceptorū celeſtiū iura ꝯdunt̄ ¶ Greg·miſe· Canticū au
tem ⁊ lamentatio nihil aliud eſt q̄ȝ exceſſus · hoc qui
dem gaudij illud vero meroris · Reſonat autem
quedam conſona melodia ex organo muſico · ſecundū
q̄ȝ dum homo pede ⁊ motu conſono corporis commo
uetur intrinſecam diſpoſitionem manifeſtat · ⁊ ideo
dicit cātauim⁹ tibijs ⁊ cetera ¶ Aug · ḋ queſtioni ·
euangeliſtarum Hec autem pertinent ad iohannem
⁊ chriſtum · ꝙ enim dicit · lamentauimus ⁊ non
ploraſtis ad iohannem pertinet · cuius abſtinentia a
cibis ⁊ potu luctum penitentie ſignificabat · vnde ex
ponendo ſubdit venit enim iohannes baptiſta neq;
manducans panem · neq; bibens vinum ⁊ dicitis · de
monium habet · ¶ Cirillus · Preſumunt criminari
virum qualibet admiratione dignum · Demonium
habere dicunt mortificantem legem peccati que la

tet in mēbris ¶ Auguſtinus de queſti · euāgeliſtarū
Quod autem dixerat · cantauimus tibijs ⁊ non ſal
taſtis ad ipſum dominum pertinet qui vtendo cū ce
teris cibo ⁊ potu leticiam regni ſignificabat · Unde
ſequitur venit filius hominis manducans ⁊ bibens
⁊ dicitis Ecce homo vorator ⁊ bibens vinum
¶ Titus Noluit enim · xp̄us abſtinere ab huiuſmo
di cibis ne occaſionem daret hereticis qui dicūt cre
aturas eſſe malas ⁊ vituperant carnes ⁊ vinum
¶ Cirillus Ubi autem potuerunt oſtēdere domini
voratorem · inuenitur enim xp̄us vbiq; reprimere
immoderanciam ⁊ ad modeſtiam ducens Conuerſa
batur autem cum publicanis ⁊ peccatoribus vnde cō
tra eum dicebant · Amicus publicanorum ⁊ pecca
torum cum tamen nullatenus ipſe poſſet in pecca
tum incidere · ſed econtra fiebat eis cauſa ſalutis · non
enim coinquinatur ſol radians ſuper totam terram
⁊ frequenter ſuperueniens immundis corporibus ·
nec ſol iuſticie leditur conuerſando cum prauis · Ne
mo autem conetur comparare propriam uerſionem
dignitatibꝫ xp̄i · ſed quilibet propriam fragilitatem
conſiderans vitet conſortia talium · Praua eīm col
loquia mores corrumpunt bonos · Sequitur Et iu
ſtificata eſt ſapientia ab omnibus filijs ſuis ¶ Aug
Sapientia dei filius eſt per naturam nō ꝑ profectū
que iuſtificatur in baptiſmo in eo ꝙ non per conta
minatiam refutatur ſed per iuſticiā dei munus agno
ſcit In eo ergo iuſtificatio dei eſt ſi nō ad indignos
⁊ obnoxios · ſed ad innocentes ꝑ ablutionem ſcelerum
⁊ iuſtos videatur ſua munera tranſtuliſſe ¶ Cri.
Filios autem ſapientie dicit ſapientes · Conſueuit
enim ſcriptura malos magis ex peccato q̄ȝ ex noi
ne iudicare Bonos autem filios appellare inſorma
tis eos virtutes ¶ Ambro · Bene autem dicit ab o
bus · quia circa omnes iuſticia reſeruatur ut ſuſcep
tio fiat fidelium · reiectio perfidorum · ¶ Auguſtinus
de queſti · euangeliſtarū · Ut ꝙ dicit iuſtificata eſt ſa
pientia ab omnibꝫ filijs ſuis · oſtendit filios ſapientie
intelligere · nec in abſtinendo nec ī manducando eſſe
iuſticiā · ſed eq̄nimitate tolerandi inopiā nō eīm vſus
ſ; ꝯcupiſcētia reprhēdenda ē dūmodo ꝯgruas igi
bus alimētorum his cum quibus tibi viuendum eſt

¶ Rogabat autem illum quidam phari
ſeus ut manducaret cum illo. Et ingreſſus
domum phariſei diſcubuit Et ecce mulier
que erat in ciuitate peccatrix ut cognouit
ꝙ iheſus accubuiſſet in domo phariſei attu
lit alabaſtrum vnguenti. Et ſtans retro
ſecus pedes eius lacrimis cepit rigare pe
des eius ⁊ capillis capitis ſui tergebat. ⁊
oſculabatur pedes eius ⁊ vnguento vnge
bat. Videns aūt phariſeus qui vocauerat
eum ait intra ſe dicens Hic ſi eſſet prophe
ta ſciret vtiq; que ⁊ qualis eſt mulier que
tangit eū quia peccatrix ē et reſpondens iheſus
dixit ad illū Symon hēo tibi aliquid dicere

At ille ait Magiſter dic duo debitores erāt
cuidam feneratori. Vnus debebat denarios
quingentos ⁊ alius quinquaginta Non ha
bentibus autem illis unde redderent dona
uit utriſq₃ Quis ergo eum plus diligit re
ſpondens ſymon dixit. Eſtimo quia is cui
plus donauit At ille dixit ei Recte iudica
ſti Et conuerſus ad mulierem dixit ſymoni
Vides hanc mulierem Intraui in domum
tuam aquam pedibus meis nō dediſti Hec
autē lacrimis rigauit pedes meos ⁊ capil
lis ſuis terſit Oſculum mihi nō dediſti Hec
autē ex quo intraui non ceſſauit oſculari pe
des meos Oleo caput meū nō unxiſti Hec
autem unguento unxit pedes meos ꝓpter
quod dico tibi Remittuntur ei peccata multa
quoniam dilexit multum Cui autem min⁹
dimittitur minus diligit Dixit autem ad il
lam Remittuntur tibi peccata Et ceperūt
qui ſimul accūbebant dicere intra ſe. Quis
eſt hic qui etiam peccata dimittit. Dixit
autem ad mulierem fides tua te ſaluam fe
cit Vade in pace.

Beda Qua ſuperius dictū fuerat ⁊ omnis po
pulus audiens ⁊ publicani iuſtificauerunt deū bap
tizati baptiſmo iohannis Idem euāgeliſta que verbis
propoſuerat etiam factis aſtruit iuſtificatā ſcʒ ſapiā
a iuſtis ⁊ penitentibus aꝺ penitēdū dicēs. Rogabat
autem illū quidā phariſeus ut māducaret cum illo
Grego. miſenus. Hec ꝯſcriptio quendam volem i
nſtructum ſapit. ſunt enim pleriq₃ eorum qui ſe iuſtifi
cant iniuſti ſuſpicione vani ſenſus. priuſq₃ veniat
verum iudicium ſegantes ſeipſos velut agnos ab
hedis nec tedio nec eſcis cum pleriſq₃ cōmunicare
volentes abominantes omnes quicūq₃ non extremū
ſed medium morte callem in vita Lucas ergo plus
medicus animarum q₃ corporum oſtendit ipſum de
um ⁊ ſaluatorem noſtrū p̄ſſime alios viſitantē. Vn
de ſequit̄ Et ingreſſus domū phariſei diſcubuit Nō
ut aliquid de vicijs eius ſorbeat ſed ut impartiat̄ de
iuſticia propria. Ciril. Mulier autem inhoneſte ui
te primitus autem fidelem affectum venit ad xp̄m q̄ſi
promptum veniam commiſſorum largiri. Sequit̄ enī
Et ecce mulier que erat in ciuitate peccatrix ut co
gnouit q₃ chriſtus accubuit in domo phariſei. attulit
alabaſtrum unguenti Beda Alabaſtrum ē genus
marmoris candidi varijs coloribus intertincti quod
ad vaſa unguentaria cauari ſolet eo q₃ optime ſer
uare incorrupta dicatur Grego in omel. Qua
enim hec mulier turpitudinis ſue maculas aſpexit
lauanda ad fontem miſericordie cucurrit conuiuantes
nō erubuit Nam quia ſemetipſam grauiter eru
beſcebat. intus nihil eſſe credidit q₃ verecundare

tur foris Diſcite quo dolore ardet que flere ⁊ inter
epulas non erubeſcit Grego. miſenus. Indignita
tem autem ſuam oſtendens ſtabat poſt tergum deie
ctis luminibus ⁊ effuſa coma pedes amplectens lacri
miſq₃ eius pfundens rebus triſtem animum oſtende
bat veniam implorans. ſequitur enim. Et ſtans re
tro ſecus pedes eos lacrimis cepit rigare pedes ei⁹
Grego. i omel. Oculis enim terrena cupierat. ſʒ
hos iam p penitentiam conterens flebat. Capillos
ad compoſitionem vultus exhibuerat. ſed iam ca
pillis. lacrimas tergebat. vnde ſequit̄. Et capillis ca
pitis ſui tergebat. ore ſupba dixerat. ſed pedes domi
oſculans. hoc i redemptoris ſui veſtigia figebat.
vnde ſequitur Et oſculabatur pedes eius vnguēto
ſibi pro odore ſue carnis exhibuit. quod ergo ſibi
turpit̄ exhibuerat. hoc iā deo laudabiliter offerebat
vnde ſequit̄ Et vnguento vngebat Quot ergo i ſe
habuit oblectamēta tot de ſe inuenit holocauſta. cō
uertit ad uirtutum numerum criminum. vt totum
deo ſeruiret in penitentia. quicquid ex ſe deum con
tempſerat in culpa Hic igitur meretrix effecta ē ho
neſtior uirginibus. Poſtq₃ enim accenſa eſt penitē
tia. exarſit. i xp̄i amorem ⁊ hec quidem que dicta ſūt
agebantur exterius Que vero reuoluebat eius in
tentio multo feruentiora his erant. que ſolus deus i
ſpiciebat Grego. in omel. Hec autem phariſe⁹
intuens deſpicit ⁊ nonſolum venientem peccatricem
mulierem ſed etiam ſuſcipientem dominum reprehē
dit. Sequit̄ videns aūt phariſeus qui vocauerat eū ait
intra ſe dicēs Si hic eſſet propheta. ſciret vtiq₃ q̄ ⁊
q̄lis mulier ē. q̄ tāgit eū quia peccatrix ē. ecce phari
ſeus veraciter apud ſe ſupbus ⁊ fallaciter iuſtus.
egrum reprehendit de egritudine. medicum de ſub
uentiōe. que profecto mulier ſi ad phariſei pedes ve
niſſet. calcibus repulſa diſcederet Inquinari enim ſe
alieno peccato crederet. quia hunc vera ſua iuſticia
non replebat Hic ⁊ quidam ſacerdotali officio pre
diti. ſiquid fortaſſe iuſte exterius vel tenuiter. ege
rint: protinus ſubiectos deſpiciunt ⁊ pctores. q̄ſq₃ in
plebe poſitos dedignant̄ Neceſſe eſt autem vt cum
peccatores quoſq₃ conſpicimus noſmetipſos prius
in eorum calamitate defleamus Quia fortaſſe i ſimi
libus aut lapſi ſumus aut labi poſſumus oportet aūt
ut ſollicite diſcernamus. quia diſtinctionem debemus
vicijs. compaſſionem nature Si enim feriendus eſt
peccator nutriendus eſt proximus. Cum vero iam
p penitentiam percutit ipſe q̄d fecit. Iam noſter prox
imus peccator nō eſt. quia hoc i ſe punit q̄d iuſticia
diuina reprehēdit Inter duos ergo egros medic⁹
aderat. ſed vnus in febre ſenſum tenebat alter ſen
ſum perdiderat mentis. illa quippe flebat q̄d fecerat
Phariſeus autem de falſa iuſticia elat⁹. vim ſue va
litudinis exaggerabat Titus. Dominus autem
non verba eius audiens. ſed cogitationes inſpiciēs
dominū ſe prophetarum oſtendit. vnde ſequitur Et
reſpondens ihs dixit ad eum Simon habeo tibi ali
quid dicere. Cirlo. quod quidem dixit eius cogita
tioni reſpondens Phariſeus autem ex verbis domi
attentior eſt factus. vnde dicit̄ At ille ait Magiſter
dic Gregorius. De duobus autem ei debitoribus

paradigma oppōit̄ quoꝝ vnus minus alius ampli
us debet vnde ſequitur Duo debitores erāt cuidam
feneratori vnus debebat denarios quingētos ⁊ ali⁹
quinquaginta ¶ Titu· Quaſi diceret neq; tu abſq;
debito es Quid igit̄ ſi in paucioribꝫ teneris non ſu
pbias quia tu quoq; venia eges vn̄ de venia ſubdit
dicens non habentibus autem illis vnde redderēt do
nauit vtriſq; ¶ Gloſa Nullus enī poteſt per ſeipſū
a debito peccati liberari niſi diuina gratia veniā con
ſequatur ¶ Gregorius in bō· Vtroq; autem debi
to dimiſſo quis ampli⁹ largitorē debiti diligat pha
riſeus interrogatur ſequitur enī Quis ergo plus
eum diligit Quibus verbis protinus ille reſpon
dit· Eſtimo quia is cui plus donauit Qua in re no
tandum eſt ꝙ dum ſua ſententia phariſeus cōuincāt
quaſi freneticus funem portat ex quo ligetur· vn̄d
ſequitur At ille dixit ei Recte iudicaſti Enumerāt
aūt ei bona peccatricis· enumerant̄ ⁊ mala falſi iuſti
vn̄d ſeq̄t̄ Et ↄuſus ad mulierem dixit ſimoni· vides
hanc mulierē· intraui i domū tuam· ¶ Titus· Q· d·
facilis eſt vſus aquarum· non ē facilis lacrimaꝝ effu
ſio· tu promptus non es vſus· hec effudit nō promp
ta lauās lacrimis pedes meos· lauit maculas, ꝑrias
terſit comis· ut p eas ſibi aſſumat ſacros ſudores ⁊
quibus venata eſt ad peccatum iuuentutem vena
ta ē ſanctitatem· ¶ Criſ· Sicut aūt vbi vehemens
hymber prorumpit fit ſerenitas· ſic lacrimis effuſis
aparet tranquillitas ⁊ perit caligo reatuum ⁊ ſicut
p aquā ⁊ ſpm̄ ſic p lacrimas ⁊ ↄfeſſionē denuo mun
damur· vnde ſequit̄ Propter qḋ dico tibi· remittū
tur ei peccata multa· quoniam dilexit multum nam
qui vehementer ſi ingeſſerūt malis· rurſus ⁊ bōis
vehementer iīſtent conſcij ad quot debita ſe obliga
uerunt ¶ Grego· Tanto ergo amplius peccati rū
bigo conſumit̄ quāto peccatoris cor magno carita
tis igne ↄcrematur· ¶ Titus Contingit aūt ſepius
eum qui mītū peccauit ꝑ confeſſionē purgari· pau
ca vero peccantem ex arrogantia non venire ad cō
feſſionis remedium· vn̄d ſequit̄· Cui aūt minus di
mittit̄· minus diligit ¶ Criſ· Opus ē ergo nobis fer
uenti aīa quia nihil impedit hominē fieri magnum
Nullus ergo conſtitutoꝝ in peccatis deſperet· neq;
virtuoſus dormitet nec hic cōfidat· Sepe enī mere
trix precedet eum· nec ille diffidat· poſſibile nāq; ē
eum etiam primos ſupare· vn̄d ⁊ hic ſubditur dix
it autem ad illam Remittunt̄ tibi peccata tua·
¶ Greg· Ecce que ad medicum venerat egra· ſana
ta ē ſed de ſalute eius adhuc alij egrotant· Sequit̄
enī Et ceperunt qui ſimul accumbebāt· dicere intra
ſe· quis eſt hic· qui etiam pecata dimittit· ſed celeſtis
medicus egros non reſpicit· quos etiā de medicamē
to fieri deteriores vidit· eam aūt quā ſanauerat per
pietatis ſue ſententiam confirmat· vn̄ ſequit̄· Dixit
autem ad mulierē· fides tua te ſaluam fecit· quia ſcili
cet hoc qḋ petijt poſſe ſe accipe nō dubitauit ¶ The
oph· Poſtq̄ȝ aūt ei peccata dimiſit· nō ſiſtit i remiſ
ſione peccati· ſed adijcit opationem boni· vnde ſub
dit̄· vade i pace id eſt i iuſticia· quia iuſticia eſt pax
homis ad deum· ſicut peccatū ē inimicicia inter deuȝ

⁊ hominē· quaſi diceret opare omnia que ad pacem
dei te ducunt ¶ Ambroſ· Hoc aūt loco plerīq; pu
tāt videnē ſcrupulum queſtionis· verum videntur eui
geliſte diſcordaſſe de fide· ¶ Grego· Quia enī qua
tuor euāgeliſte dicūt xp̄m vnctum fuiſſe vnguen
to a muliere tres puto fuiſſe mulieres ex perſona
rum qualitate· ex modo agendi· ex differētia tempo
rum Iohannes quidem narrat de maria ſorore laza
ri· quoniā ſex diebus ante paſca vnxit pedes ieſu i
propria domo At matheus· poſtq̄ȝ dn̄s dixerat diſci
pulis quia poſt biduū fiet paſca· ſubdit ꝙ in bethania
in domo ſimonis leproſi mulier fudit vnguentū ſup
dn̄i caput Non autem vnxit pedes vt maria· mar
cus etiā matheo ſimiliter Lucas aūt non circa tem
pus paſce· ſed i medio euāgelij hoc refert Criſoſto
mus autem binas aſſerit has mulieres fuiſſe· vnam
quidem que continetur i iohanne· alterā vero cui⁹
mentio fit a tribus ¶ Ambro· Hanc ergo mulierem
inducit matheus ſup caput xp̄i effundentem vnguē
tum· ⁊ ideo noluit dicere peccatricē Illa; peccatrix
ſm lucā ſup̄ xp̄i pedes effudit vnguētū· poteſt ergo
eadem eſſe· ne ſibi ↄtrarium euāgeliſte dixiſſe vid
antur· poteſt etiā; queſtio meriti ⁊ temporis diuer
ſitate diſſolui· ut adhuc illa peccatrix ſit· iam iſta p
fectior ¶ Aug· de con· euāge· Eandem enim mariam
bis hoc feciſſe arbitror intelligendum· ſemel ſcilicet
qḋ lucas narrauit· cū primo accedens cū humilitate
⁊ lacrimis meruit remiſſionē peccatorum· nam io
hannes cum de lazaro reſuſcitādo cepiſſet loqui an
teq̄ȝ veniret i bethaniā dicit· Maria autē erat que
vnxit dn̄m vnguento ⁊ terſit pedes ei⁹ capillis ſuis
cuius frater lazarus infirmabatur Iam itaq; hoc ma
ria fecerat Qḋ aūt in bethania rurſum fecit· aliud
eſt qḋ ad luce narrationē non pertinet ſꝫ pariter nar
ratur ab alijs tribus ¶ Greg· Miſtico autem intel
lectu phariſeus ꝯ falſa iuſticia preſumens iudaicum
populuȝ peccatrix mulier· ſed ad veſtigia domini ve
niens ⁊ plorans conuerſam gentilitatem deſignat·
¶ Ambroſ· Vel princeps huius ſeculi quidā lepro
ſus eſt Domus autem ſimonis leproſi terra eſt ergo
dominus ex illis ſupioribus locis deſcendit in terrā
neq; autē ſanari potuiſſet hec mulier que ſpeciē ha
bet anime vel eccleſie· niſi xp̄s veniſſet in terrā· me
rito autem ſpeciem accipit peccatricis· quia xp̄us
quoq; formam peccatoris accepit· itaq; ſi conſtitutā
animā fideliter appropinquātē deo· non peccantibus
bus ⁊ obſcenis ſed pie ſeruiētem dei verbo· habētē
immaculate fiduciam caſtitatis· ad ip̄m xp̄i caput
aſcendit Caput autem xp̄i de⁹ eſt· Sed qui caput
non tenet xp̄i vel pedes teneat· Peccator ad pedes
iuſtus ad caput· Habet tamen etiā ea que peccauit
vnguentum ¶ Grego· Quid aliud vnguento niſi
bon⁹ odor opinionis exprimitur· ſi igitur recta opa
agimus quibus opinione boni odoris eccleſiā reſpar
gamus Quid in corpore domini niſi vnguentū fun
dimus· Sed ſecus pedes mulier ſtetit Cōtra pedes
enī dn̄i ſtetim⁹ cū i peccatis poſiti ei⁹ itineribꝫ renitebā
mur· ſꝫ ſi ad verā pniaȝ p⁹ pecc̄a ↄuītimur iā retro ſtem⁹
dedes ſtem⁹· qui a ei⁹ veſtigia ſeq̄mur q̄ ipugnabā⁹

¶ Aug. de que. euā. Uel mēsam ad quā dāda erat pecunia: professionem ipsam religionis accipimus: que tanq̄ publice ꝓponitur ad usum necessarium salutis. ¶ Cris. In sensibilibus aūt diuicijs debitores solius obseruationis obnoxij sunt: quātum em̄ receperint: tm̄ eos reddere necesse est: ⁊ nihil plus ab eis requiritur. In diuinis aūt eloquijs nō solū ad custodiā obligamur: sed etiā multiplicare monemur. Unde seq̄t: Et ego veniēs cum usuris utiq̄ exegissem illam. ¶ Beda. Qui em̄ verbi pecuniā a doctore percipit credendo: necesse ē eam cum usuris soluat opando: ut etiam ex eo qd̄ audit etiam alia studeat intelligere q̄ necdū ex ꝑdicatoris ore didicit. ¶ Ciri. Doctoꝝ em̄ ē inserere auditoribus salutarem ⁊ proficuū sermonē. Opus aūt diuine uirtutis ē attrahere obedientes ad audientiā: ⁊ fertilem coꝝ reddere intellectū. ¶ Ambr. Non igit hic seruus laudatus: neq̄ honorē ꝓmeruit: sed potius tanq̄ iners ē cōdemnatus. Unde sequitur: Et astantibus dixit. Auferte ab eo mnā ⁊ date illi q̄ decem habet. ¶ Aug. de que. euā. Per qd̄ significat̄ illum posse amittere munus dei: qui habens nō habere eo nō utitur. Et i eo augeri qui bn̄s habet: id ē bene vtēs. ¶ Beda. Mistice aūt hoc ut reor: indicat intrante plenitudine gentiū omnē israel saluū futurum: ⁊ tunc abundantiā grē spiritalis quā mō nos accipientes exercemus: illius populi doctoribus esse conferendam. ¶ Cris. Ideo aūt dicit astantibus: Auferte ei mnā: quia nō ē prudentis animi punire: sed alio quodam ministro eget ad puniendū officio iudicis. nā non deus nō ipsemet penas irrogat: sed mediantibus angelis. ¶ Amb. De alijs seruis siletur: qui quasi prodigi debitores que acceperāt ꝑdiderūt. In duobus illis qui lucrati sūt: pauci sunt signati: q̄ ꝑ duas vices ad vtrosq̄ vicē sūt destinati. In reliquis oīs iudei. Sequit̄: Et dixerunt illi: domine habet x. mnas. Et ne hoc mirum videat̄: subdit. Dico aūt vobis: quia oī habenti dabit̄. ¶ Theo. Quia decē auxerit decuplādo: palam ē: q̄ ⁊ plura decuplās: pluris lucris fiet occasio. Ab eo aūt ⁊ ocioso: qui nō satagit augere qd̄ acceperat: ip̄m qd̄ qd̄ possidet auferet. Unde seq̄t: Ab eo aūt qui nō habet ⁊ qd̄ habet auferetur ab eo. Et vacat sensus dominicus: cum posset dari alijs ⁊ multiplicari. Hec aūt non solū ad sermonē ⁊ doctrinā referenda sunt: sed etiā ad morales virtutes: quas in his dat nobis deus sua karismata: hunc ditās elemosina: illum orone: aliū mansuetudine vel humilitate: quibus si inuigilauerimus: multiplicamus ea. Si vero negauimus extinguemus. Deinde de aduersarijs subdit: Uerumtamē inimicos meos illos: q̄ noluerūt me regnare sup se: adducite huc ⁊ interficite ante me. ¶ Aug. de que. euā. Per qd̄ designat impietatem iudeorum: qui ad eū noluerunt cōuerti. ¶ Theo. Quos tradidit morti: mittens eos i ignem exteriorē. Sz ⁊ i hoc mundo mactati sunt flebiliter ab exercitu romano. ¶ Cris. Hec ꝯ marcionistas cōpetunt. Nā ⁊ xp̄s dicit: Adducite hostes meos ⁊ occidite coram me: cum em̄ illi bonum dicāt xp̄m: deum vero veteris testamenti malū. Patet aūt q̄ pater ⁊ filius eadem sentiūt. Nam pater ad vineā exercitum destinat: filius suos hostes corā se trucidari facit. Hec aūt que i luca scribit̄ parabola: alia ē ab ea q̄ i matheo narrat̄ de talentis. Nam hic quidem ex vno capitali accepto varij fuere prouētus: quia ex vna mna accepta: hic quinq̄ talenta: ille obtulit x. Sed apud matheū contrariū. Nā ⁊ qui duo accepit duo superaddidit: ⁊ qui quinq̄ totidem. Unde ⁊ premijs donant̄ imparibus.

¶ Et his dictis precedebat ascendens iherosolimam. Et factum ē cum appropiquasset ad bethphage ⁊ bethaniam ad montem qui vocatur oliueti misit duos discipulos suos dicens. Ite in castellum qd̄ cōtra vos ē in qd̄ introeuntes inuenietis pullū asine alligatū. cui nēo vnq̄ hoim sedit. Soluite illū ⁊ adducite. Siqs vos interrogauerit. Quare soluitis: sic dicetis ei q̄a dominus operā eius desiderat. Abierunt aūt qui missi erāt ⁊ inuenerunt sicut dixit illis pullum stantē. Soluētibꝰ aūt illis pullum dixerunt domini eius ad illos. Quid soluitis pullum. At illi dixerunt quia dn̄s eum necessarium habet. Et duxerunt illū ad ihesum ⁊ iactātes vestimēta sua supra pullum imposuerunt ihesum. Eeunte aūt illo substernebant vestimenta sua in via.

¶ Titus. Quia dn̄s dixerat: appropiquauit regnū dei: videntes illum i ierusalē ascendentem: putabāt ideo ascendere ut regnum dei inchoaret. Consūmata ergo parabola: i qua errorem ꝑdictum correxit. Et ostenso q̄ nondum insidiātem sibi mortem deuicerat: procedebat ad passionē: ascendens iherosolimā. Unde dr̄. Et his dictis precedebat ascen. iherosolimam. ¶ Beda. Ostendens etiā de eiusdem ciuitatis euersione parabolam fuisse ꝑmissam que ꝯ ip̄m erat occisura ⁊ hostili clade peritura. sequit̄. Et factū est cum appropinquaret ad bethphage ⁊ bethaniam ad montē qui vocatur oliueti: misit duos discipulos suos. Bethphage erat viculꝰ sacerdotū i monte oliueti. Bethania quoq̄ ciuitas siue villula ex latere mōtis eiusdē quasi stadijs xv. a iherusalem. ¶ Cris. Et quidem i exordijs indifferenter se dn̄s ingerebat iudeis: sz ubi sufficiēter edidit sue potestatis experimentū: auctoritate multa: singula queq̄ ꝑtractat. Multa igit̄ hīc miracula. Predixit: qm̄ inuenietis pullū idomitum. Et hoc ē qd̄ subditur: Dicēs. Ite i castellum quod contra vos est: in qd̄ introeuntes: inuenietis pullū asine alligatum: cui nemo vnq̄ hoim sedit. Predicit etiam qd̄ nemo prohibebit: sz cū audierint silebunt. Unde sequit̄. Soluite illum ⁊ adducite. Siqs vos interrogauerit: Quare soluitis: sic dicetis ei: quia dn̄s operā eius desiderat. ¶ Titꝰ. In hoc aūt diuinā fore vocationem patuit. Non em̄ potest aliqs resistere deo: q̄ sua sunt euocanti. Discipuli aūt iussi ducere pullum non refutauerunt hoc officiū ut paruū: sz abierunt ut adducerent eum. Unde sequit̄. Abierunt autem qui missi erāt ⁊ inuenerūt sicut dixit pullum stātē

¶ Baſi. Sic ergo decet nos ⁊ infima opa plurimo cū affectu ⁊ ſtudio aggredi. ſcientes ꝙ quicqd intuitu dei fit. non ē paruū ſed dignum regno celoꝝ ¶ Ti. Obmuteſcunt aūt ob excellentiā fortis virtutis. ne queūtes reſiſtere ſaluatoris eloquijs qui ligauerāt aſinum Sequit̄ em̄ Soluentibꝫ aūt illis. dixerunt dn̄i eius ad illos Quid ſoluitis pullū⁹ At illi dixerunt. qꝛ dn̄s neceſſariū eū hꝫ Maieſtatiuū. n. nomē ē dn̄s Rex em̄ erat venturus ī cōſpectu multitudīs ¶ Aug. de con. euā. Nec moueat ꝙ matheus aſinā ⁊ pullū dicat. ceteri aūt de aſina tacēt. vbi. n. vtrūqꝫ factū pt̄ intelligi. nulla repugnātia ē. nc̄ ſi alius. aᵈ ⁊ aliᵒ aᵈ cōmemoraret. quātominᵒ vbi aliᵒ vnū. aliᵒ vtrūqꝫ ¶ Cirillo. nc̄ ſolū diſcipli obſecuti ſt̄ xp̄o ī pullo alieno ſꝫ etiā ī ꝓprijs veſtimētis que partim aſino impoſuert̄. partim ſternebāt ī via Vn̄ ſeqt̄ Et duxerunt illū ad ih̄m ⁊ iacientes veſtimēta ſua ſupra pullum. impoſuerūt ih̄m Eūte aūt illo ſubſternebāt veſtimenta ſua ī uia ¶ Bed. Iuxᵃ alios euāgeliſtaˢ nō diſcipuli em̄ ſed etiā plurimi de turba veſtimēta ſternebāt ī uia ¶ Orig Miſtice aūt dn̄s ad montem vcᵗ oliueti. vt nouellas oleas ī ſublimi ſtãte plantaret Et fortaſſe ipe mōs xp̄s ē Quis. n. alius. tales frucᵗ ferret oleaꝝ ſpūs plenitudīe fecūdaꝝ ¶ Theo. Pulcre aūt ciuitates poſite ī monte oliueti referunt̄ hoc ē ī ipo dn̄o qui vnctionē ſpiritaliū kariſmatū ⁊ ſciētie pietatiſqꝫ luce refouet ¶ Orige. Bethania aūt interptatur domus obedientie Bethphage vō domus maxillaꝝ. ſacerdotalis quidem locus. Maxille em̄ ſacerdotibꝫ dabant̄. ſicut ī lege precipit̄. Illuc vero vbi obedientia. vbi locus ſacerdotibꝫ mācipat̄ mittit ſaluator diſcipulos ſuos vt ſoluāt aſine pullū ¶ Ambro. In caſtella em̄ erāt. ⁊ ligatus erat pullᵒ cū aſina. nec poterat ſolui. niſi iuſſu dn̄i Soluit em̄ manus apl̄ica. talis actus. talis vita. talis gr̄a Eſto talis ut ligatos poſſis ſoluere. ī aſina quidem matheᵒ euā quaſi matrē figurauit erroris. hic aūt in pullo. generalitatem populi gentil̄ expreſſit Et bene in quo nemo ſedit. quia nullus anteqꝫ xp̄s nationū populos vocauit ad eccl̄iam Alligatus aūt pfidie vincul̄ tenebatur. in quo adductus dn̄o erroris famulatu. ſed dn̄atum vendicare ſibi nō poterat. quē dn̄m fecerat nō natā ſꝫ culpa Et ideo cū dn̄s dicit̄. vnus agnoſcitur Miſera ſeruitus. cui vagū ius ē Plures em̄ hꝫ dn̄os qui vnū nō habet Alieni alligāt ut poſſideant iſte ſoluit vt teneat. Vehementiora em̄ dona nouit eſſe qꝫ vincula ¶ Orige. Multi ergo erāt dn̄i huius pulli. āteqꝫ ſaluator eum hr̄et neceſſariū. poſtqꝫ vō ille cepit eſſe dn̄s. plures eē dn̄i ceſſauerunt. Nemo em̄ poteſt dō ſeruire ⁊ mãmone. Quādo malicie ſeruimus. multis ſumus paſſionibꝫ vicijſqꝫ ſubiecti Neceſſariū aūt habet dn̄s pullū qꝛ cupit nos ſolui vinculis peccatoꝝ ¶ Orig. ſup iohēm Ego aūt opinor nō fruſtra caſtellum eſſe hunc locū. vbi ſtabat aſina ligata ⁊ pullus quaſi caſtellum em̄ reſpectu totius orbis celeſtis. tota terra deſpicit̄ abſqꝫ adiectiōe alterius noīs nuncupatū ¶ Ambro. nec illud ē ocioſum. ꝙ duo diſcipuli dirigunt̄ petrus ad cornelium. paulus ad reliquos Et ideo nō ꝑſonas deſtinauit ſed numeꝝ definiuit. tamē ſi quis ē qui ꝑſonas exigat pt̄ eſtimare de philippo. quē ſpūſſanctus miſit in gazam qn̄ candacis regine baptizauit eunucum ¶ Theo. Vel duo miſſi. hoc innuūt qd̄ ad introductionē populi gētilis ⁊ ſubiectionem eius ad xp̄m. duos faciūt gradus ꝓphete ⁊ apl̄i Ducūt aūt eum a quodā caſtello vt innotcat nobis ꝙ hic populus ruſticanus erat ⁊ indoctus ¶ Amb. Illi ergo directi cū ſoluerēt pullū nō ſuis verbis ſunt vſi. ſed dixerunt ſicut dixerat illis ih̄s. ut agnoſcas qd̄ nō ſuo ſermone ſꝫ verbo dei. nec proprio. ſed xp̄i noīe ſidem populis infudere gētilibus atqꝫ aduerſarie poteſtates. que ſibi nationum obſequia vendicabāt. mādato ceſſere diuino ¶ Ori. Deinde mittunt diſcipuli veſtes ſuas ſup aſinū ⁊ ſedere faciūt ſaluatorē. dum aſſumūt ſermonē dei. ⁊ imponunt eū ſup aīas audientiū. veſtibus exuunt̄. ⁊ ſubſterunt eas ī uia. qꝛ veſtimenta apl̄oꝝ opa eoꝝ bona ſunt. Et reuera ſolutus a diſcipulis aſinus. ⁊ portans ih̄m. incedit ſup veſtimenta apoſtoloꝝ. qn̄ doctrinā eoꝝ imitat̄ ⁊ vitā Quis nr̄m ita beatus ē vt ſedeat ſr̄ illū ih̄s ¶ Am. Quī. n. mōi dn̄m geſtan ſuper dorſū aſini delectauit. ſꝫ vt latente miſterio i ſecretis aīaꝝ interiore conſenſu miſticus rector inſideret regēs mentis veſtigia. laſciuiā carnis ifrenās. ſmo eius habena ē ſtimulus ē.

¶ Et cum appropinqret iam ad deſcēſum montis oliueti. ceperūt omnes turbe deſcendencium diſcipulorum gaudentes laudare deum voce magna ſuper omnibus quas viderāt uirtutibus. dicētes Benedictus qui venit rex in nomine domini. pax in celo et gloria in excelſis Et quidam phariſeoꝝ de turbis dixerunt ad illū Magiſter increpa diſcipulos tuos Quibus ipſe ait Dico vobis quia ſi hȳ tacuerint lapides clamabūt.

¶ Orig. Quādiu ī mōte fuit dominus cū ſolis apoſtolis morabat̄. qn̄ aūt vicinus cepit eſſe deſcēſui. tūc occurrit et turba populoꝝ. Vn̄ dr̄ Et cū appropinquaret iā ad deſcē. mō. oliueti ceperunt oēs turbe deſcendentiū diſci. gaudentes laudare deū voce magna ¶ Theo. Diſcipulos vocat non ſolum. xij. aut lxx. ſed omnes qui xp̄m ſequebāt̄ ſeu cā miraculoꝝ ſeu ad aliqꝫ delectatonē doctrine quibus igen puerī potuerūt. ut narrāt alij euāgeliſte Vn̄ ſequit̄ Super oīb quas viderāt virtutibꝫ ¶ Bede. Multas quidem virtutes dn̄i viderāt. ſꝫ maxie lazari reſurrectionē ſtupebant Nam ut iohēs ait ꝓpterea obuiā vēnit turba quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum. Notandum enim eſt non tunc primū ſaluatorem iheruſalem adijſſe. ſed multociens antea ſicut iohānes cōmemorat. ¶ Ambro. turba igitur agnoſcens dn̄m regem appellat. ꝓpheciam repetit Expectatū quoqꝫ ſecundum carnem dauid filium veniſſe declarat Vnde ſeqt̄ dicētes Benedictus qui venit rex ī noīe domini. ¶ Beda. Id eſt in noīe dei p̄ris quāuis poſſit intelligi ⁊ ī noīe ſuo. quia ⁊ ipſe dominus ē Sed melius vba eius noſtrum dirigunt intellectum quibus ait.

Ego veni in nomine patris mei humilitatis em̄ ma
gister ē xp̄s ¶ Non aūt rex xp̄s dicitur ad exigendū
tributum vel ferro exercitū armandū hostesq̄ visi
biliter debellādos sed q̄ mentes regat ⁊ in regnū ce
lum credentes pducat q̄ ei rex esse voluit · israel mi
serationis indiciū ē non potestatis augmentū Verū
q̄ xp̄s in carne totius mūdi ꝓpiciacio illuxit pulcre
sibi laudē i eius laude celestia simul ⁊ terrena ꝯciñūt
Eo em̄ nascente celestiū agmina cantāt · eodem aūt
celis se reddito mortales vicem laudis rependunt ·
Vnde sequit̄ Pax in celo ¶ Theo · Hoc ē bellū anti
quum quo nos aduersabamur · euanuit Et gloria in
excelsis laudātibus scī angelis deum i tali recōciliati
one nā deinceps qd̄ deus visibilit̄ ambulat i territorio
inimicoꝝ suorum significat ip̄m nobiscum habere cō
mercium Sed pharisei hoc audiētes murmurabāt · eo
q̄ turba eū regē vocabat ⁊ laudabat vt deū referē
tes nomē regis ad seditionē nomē vero dn̄i ad blas
phemiā Vn̄ sequitur Et quidam phariseorū de t̄bis
dixerunt ad illum magister icrepa discipulos tuos
¶ Beda Mira iudeoꝝ dementia quē magistꝝ appel
landum non dubitāt q2 vera docentē nouerant hui⁹
discipulos quasi melius edocti redarguēdos estimāt ·
¶ Cirill · Sed dn̄s non ꝯpescuit laudātes eū vt deū
sed magis reprehensores ꝯpescens attestatur sibi sup
gloria decantata Vnd̄ seq̄t̄ Quibus ipse ait Dico vo:
bis quia si hi tacuerit lapides clamabūt ¶ Theophi
Quasi diceret nō sine causa vt homies me talit̄ lau
dant sed ꝯmotis virtutib; quas viderunt ¶ Beda ·
Crucifixo ergo dn̄o notis eius tacentib; pre timore la
pides ⁊ saxa canebāt dum postq̄ꝫ emisit sp̄m terra
mota ē ⁊ petre scisse sunt ⁊ monumēta aperta sunt ·
¶ Amb · Neq; ergo mirū ē si laudes dn̄i ꝯtra naturā
saxa respōdeant quem scopulis duriores p̄dicant
persecutores scilicet t̄ba post exiguū crucifixura deū
regnum affectib; quem vocibus confitet̄ Aut forta
sis quia obmutescētibus iudeis post dn̄i passionē vi:
uentes sunt petrū lapides clamatēri ¶ Ori · qn̄ etiā nos
tacem⁹ id ē refrigescit caritas multoꝝ lapides cla
mant Potest em̄ deus suscitare de lapidib; filios ab
rahe Pulcre aūt turbas laudantes deū ad descensiōꝫ
montis occurisse legimus vt operatorē misterij spiri
talis significarēt sibi venisse de celo ¶ Bed · Descē
dente ergo dn̄o de monte oliuarum turbe descendunt ·
quia humilitatis misericordie auctore necesse ē eos q̄
misericordia indigent ei⁹ vestigia imitari ·

¶ Et vt appropinq̄uit videns ciuitatē fle
uit super illam dicens Quia si cognouisses
⁊ tu ⁊ quidem in hac die tua que ad pacem
tibi nunc autem abscondita sunt ab oculis
tuis · Quia venient dies in te ⁊ circumda
bunt te inimici tui vallo · ⁊ circumdabunt
te ⁊ coangustabūt te vndiq; · ⁊ ad terram
psternent te ⁊ filios tuos qui in te sunt · ⁊
non relinquent in te lapidem super lapidē
eo q̄ non cognoueris temp⁹ visitacōis tue

¶ Orige · Omnes beatitudines quas locut⁹ ē Jes⁹
in euāgelio · suo firmat exemplo sicut qd̄ dixerat · be
ati mites ꝓbat dicens Discite a me q2 mitis sū Et
quia dixerat Beati flentes ip̄e q̄ꝫ fleuit ciuitatem
Vnd̄ dicit̄ Et cum appropinquauit videns ciuitatē
fleuit sup illam ¶ Cirill · Miserebatur em̄ eoꝝ xp̄s
qui oēs homines vult saluari qd̄ nob̄ non patuisset
per aliqd̄ humanū fieret euidēs Effuse em̄ lacrime
sūt signa tristicie ¶ Grego · in omel · Fleuit igit̄ pi
us redēptor ruinam pfide ciuitatis quā ip̄a ciuitas
sibi non cognoscebat esse venturā Vnd̄ subdit̄ Di
cens q2 si cognouisses ⁊ tu subaudi fleres q̄ mō q2
nescis qd̄ imminet exultas Vn̄ subdit̄ Et quidē in
hac die tua que ad pacē tibi Cū em̄ carnis se volup
tatib; daret i die sua que ad pacem ei esse poterant
habebat Cur vero bona p̄sencia ad pacē habuerit
manifestatur cū subdit̄ Nunc aūt abscondita sūt ab
ocul̄ tuis Si ei a cordis ei⁹ oculis mala q̄ iminerēt
abscondita nō essēt · leta in p̄ntibus prosperis nō fu
isset vnde mox eius pena que iminebat · adiuncta est
cū subdit̄ Quia venīēt dies i te ¶ Ciril Vt alit̄ dic̄
quia si cognouisses ⁊ tu Non em̄ erant digni pcipe
re diuinitus inspiratas scripturas que narrant christi
misterium quotiēs em̄ legit̄ moyses velamē obnubi
lat cor eorum Et q2 non sunt intuiti veritatē indig
nos se fecerūt salute que manat xp̄o Vnde sequitur
Et quidem i hac die tua que ad pacē tibi ¶ Eusebi
Vbi notat suū aduentum ad pacem tot⁹ mundi fac
tum fuisse venit em̄ ad hoc vt pacem p̄dicaret ꝓpi
quis ⁊ lōginquis sed q2 ānunciatā sibi pacē recipe
noluerunt hoc eos latebat vnde subdit̄ Nūc autem
abscondita sūt ab oculis tuis Et ideo obsidiōꝫ q̄ in
breui erat ei superuentura exp̄ssissime p̄nunciat sub
dens Quia venīēt dies in te ⁊ circūdabūt te inimi
ci tui vallo ¶ Greg · Vbi romani pricipes denūciāt̄
Illa em̄ ierosolimoꝝ subuisio describit̄ que a vespasi
ano ⁊ tito romanis pricipibus facta est · vnd̄ subdit̄
Et circūdabunt te ⁊ coangustabūt te vndiq; ⁊ ad
terrā psternēt te ⁊ filios tuos qui in te sunt ¶ Euse
Quō aūt hec completa sint ex his que tradita sunt
a iosepho colligere possum⁹ qui cū esset iudeus sin:
gula q̄q; gesta narrauit ꝯsone his q̄ a xp̄o sūt p̄di
cta ¶ Greg · Hoc q̄ꝫ qd̄ additur · Et non relinquēt
i te lapidem sup lapidem Et ip̄a iam eiusdem ciuita
tis transmigratio testat̄ quia dum nunc in eo loco ꝯ
structa est vbi extra portam dominus fuerat cruci:
fixus prior illa vt dicit̄ Jerusalem fundit⁹ ē euersa
Cui ex qua culpa euisionis pena fuerit illata subiun
gitur Eo q̄ non cognoueris temp⁹ visitationis tue
¶ Theo · Id est mei aduentus Veni em̄ visurus et
saluatur⁹ te qd̄ si cognosceres ⁊ i me crederes esses
pacata romanis ⁊ ab oīb; exēpta piculis sicut om
nes qui crediderūt in xp̄m euaserūt ¶ Orige · Nō
nego igitur ⁊ illā ierusalem ꝓpter habitatoꝝ scelēa
fuisse destructā sed quero ne forte ad hanc Jerusalē
fletus iste ptineat Si em̄ post misteria veritatis ali
quis peccauerit plangetur · Nemo em̄ gentilis flet̄
sed ille qui fuit de ierusalē ⁊ esse cessauit ¶ Grego
Redemptor enim noster p electos suos plangē nō
cessat cū quosdā ex bona vita ad mores reprobos

peruenisse cōſiderat qui ſi damnationem ſuā que eis
immmet· agnouiſſēt·ſemetipſos cum lacrimis electo
rum plangerent Sua aūt diē hic habet aīa peruerſa·
que trāſitorio gaudet in tpe Cui ea que aſſūt· ad pa
cem ſunt· dum ex reb⁹ tempalib⁹ letaē· hec p̄uidere
fuga refugit que p̄ſtem leticiā pturbent Vnd̄ dicit̄
nūc aūt abſcondita ſunt ab oculis tuis ¶ Aug· flet
aūt ⁊ nr̄a iheruſalem· q̄ post peccata circundāt eā
inimici·i·ſpūs neq̄·⁊ immitāt ī circuitū eius vallū·
⁊ obſideāt eā ⁊ lapidem ſup lapidem nō relinquant
Maxīe ſi poſt multā ꝯtinentiā·ſi poſt aliq̄t ānos ca
ſtitatis victus q̄s fuerit ⁊ blandimentis illectus car
nis patientiā·pudiciciāq̄ amiſerit·ſi fuerit fornicat⁹
lapidem ſup lapidem nō relinquēt ī eo· ſm iᵈ Non
recordabor primaꝝ iuſticiaꝝ eius ¶ Grego· Vl ali
ter Maligni ſpūs aīaꝫ a corpore exeuntē obſident·
quā ī carnis amore poſitā deceptorijs d̄lectationibꝰ
fouent· Qui vallo circūdāt·q̄a añ mentis eius ocu
los reductis iniquitatib⁹ quas perpetrauit· hanc ſo
cietate ſue damnationis coartāt ut ī ip̄a extremita
te vite deꝓhēſa· ⁊ a q̄b⁹ hoſtib⁹ circūcluſa ſit· videat
⁊ tamē euadendi aditū iuenire nō poſſit q̄a opari iā
nō licet bona· que cū licuit· agere cōtempſit· vndiq̄
etiā aīam coangustāt·qñ ei nō ſolū opis· verū etiaꝫ
locutōis atq̄ cogitationis iniq̄tates r̄plicāt vt que
prius ſe p multa dilatauit in ſcelere·ī extremū d̄ oī
bus anguſtet ī tribulatione· tunc aūt aīa p conditi
onem reatus ſui ad terram conſternit̄·cū caro quā
uitā ſuā credidit redire ad puluerem vrget̄·tunc in
morte filij illi⁹ cadūt·cū cogitationes illicite que mō
ex illa prodeunt·ī extrema vite vltione diſſipant̄·q̄
etiā cogitationes p lapides ſignificari valēt Peruer
ſa eñ mens cū pūerſe cogitationi· puerſiorem adijci
cit quaſi lapidem ſupra lapidem ponit Sed cum ad
vltionē ſuā aīa ducit̄· omnis cogitationū conſtructio
diſſipat̄ Prauā aūt aīam deus aſſidue uiſitat p̄cep
to·aliqñ flagello·aliqñ aūt miraculo vt vera que ne
ſciebat· audiat· ⁊ ea cōtemnēs a dolore cōpuncta re
deat· aut beneficijs deuicta· malū qd̄ fecit· erubeſcat·
Sed quia viſitatōis ſue tempus nō recognoſcit in
extremo vite tradit̄ ſuis inimicis·

¶ Et ingreſſus in templum ·cepit eicere
vēdentes in illo ⁊ emētes dicens illis Scri
ptum eſt q̄ꝛ domus mea domus oracionis ē
Vos aūt feciſtis eam ſpeluncam latronum
Et erat docens quotidie ī tēplo Principes
autem ſacerdotū ⁊ ſcribe ·⁊ pricipes plebis
querebāt illum pdere·⁊ nō inueniebāt quid
facerent illi Omis enim populus ſuſpenſus
erat audiens illum·

Gre· ī ho· Quia narrauerat mala vētura p̄tinus
templū ingreſſus ē· vt de illo vēdentes ⁊ emētes eij
ceret· oſtendēs q̄ ruina populi maxīe ex cl̄pa ſacer
dotū fuit· Vnd̄ dr̄ Et ingreſſus ī templū ·cepit eij
cere vēdentes ī illo ⁊ ementes ¶ Ambro· deus eniꝫ
templū ſuū ñ mercatoris vult eſſe diuerſoriū · ſꝫ do

micilium ſanctitatis nec vendibili religionis officio·
ſed obſequio gratuito vſū miſterij ſacerdotalis īfor
mat ¶ Ciril· Erat aūt ī tēplo multitudo mercatoꝝ q̄
vēdebant aīalia ritu legis mactāda ī hoſtijs·ſꝫ iā ade
rat tempus deſinendi· vmbrā refulgendi vo xp̄i ve
ritatem· Ob hoc xp̄s q̄ cū p̄re ſit colebat̄ in templo
iuſſit ritus corrigi legis· fieri vero templum orationis
domū· Vnd̄ ſubdit̄· dicens illis ſcriptū ē· quia domꝰ
mea domus oronis ē· vos aūt feciſtis eā ſpeluncam
latronū ¶ Grego· Qui enim ad accipienda munera
in templo reſidebāt·q̄a q̄bus dā nō dantib⁹ leſiōes ex
quirerēt dubiū nō erat· ¶ Theo· hoc etiā dn̄s fecit
in principio predicationis ſue· ut narrat iohes ⁊ nūc
iteꝝ illud fecit qd̄ ad maius crimē iudeoꝝ redundat
q̄ nō fuerūt ex priori admonitōe caſtigati ¶ Aug·
de que· euā· Miſtice aūt templū·ip̄m hoīem xp̄m in
telligas· vel etiā adiuncto corpore ei⁹ qd̄ ē eccl̄ia· ſe
cūdum aūt id qd̄ ē caput eccl̄ie· dictū ē· Soluite tē
plum hoc· ⁊ triduo ſuſcitabo illud· ſm id vo q̄ eſt
adiuncta eccl̄ia·itelligit̄ tēplum videtur dixiſſe Au
ferte iſta hinc;rē· ſignificauit eñ fuſos ī eccl̄ia qui
ſua negotia potius agerēt vel receptacula ibi habe
rent ad occultāda ſcelera ſua q̄ꝫ ut caritatem xp̄i ſe
querent̄ ⁊ peccatoꝝ cōfeſſione accepta· venia con
ſequerent̄ ¶ Gre· ī omel· Redemptor vo nr̄ p̄dicatōis
v̄ba nec idignis· nec igratis ſubtrahit· vnde poſtq̄
rigorē diſcipline eijciendo p̄uſos tenuit· domum his
gr̄e oſtendit· Nā ſubdit̄ Et erat docēs quotidie in
templo ¶ Ciril· Decebat aūt ex his que xp̄s dixerat
⁊ fecerat eū adorare ut deū Sed ipi neq̄ꝫ hoc facien
tes· q̄rebāt eū occidere Seq̄t̄·n· Principes aūt ſa
⁊ ſcri ⁊ p̄nci· pleb· q̄rebant illū pdere ¶ Be· vel q̄a
q̄tidie docebat ī tēplo· vl q̄a latrōes eiecerat d̄ tem
plo· vl q̄a veniēs illuc q̄ſi rex ⁊ dn̄s a credentiū tu
laudeꝫ ymni celeſtis accepit ¶ Ciril· ſꝫ pplꝰ graniorē
eſtimationē accepit de xp̄o· q̄ꝫ ſcribe ⁊ phiſei ⁊ pñci
pes iudeoꝝ q̄ fidē xp̄i nō acceptātes· alios icrepabāt
vnd̄ ſequit̄· Et nō inueniebāt q̄d facerēt illi· Oīs e
pp̄ls ſuſpēſus erat· audiēs illū ¶ Be· qd̄ duob⁹ mo
dis itelligi pt̄· q̄a vl timētes pp̄li tumultū· nō inuen
ebāt q̄d facerēt de iheſu quē pdere diſpoſuerūt· vel
ideo ihm pdere q̄rebant q̄a ſuo magiſterio neglecto
pp̄les ad eū audiendū cōfluere cernebant ¶ Grego·
ī omel· miſtice aūt ſicut tēplū dei ī ciuitate eſt ita ī
plebe fideli· uita religioſoꝝ Et ſepe nōnulli religiōis
habitū ſumūt ⁊ dū ſacroꝝ ordinū locū p̄piūt· ſan
cte r̄ligiōis officiū ⁊ icōmerciū terrene negociatōis
trahunt· vēdētes q̄ppe ī tēplo ſūt q̄ h̄ qd̄ q̄buſdam
iure ꝯpetit ad p̄miū largiūt̄ iuſticiā·n· vēdere ē hāc
p p̄mij acceptōe ſuare· eītes vo ī tēplo ſūt· q̄ huꝫ
hoc pſoluere p̄xio qd̄ iuſtū ē· nolūt· d̄ūq̄ rē iure de
bitā facere ꝯtemnūt· dato patronis p̄mio· emūt pc
catū ¶ Dri Sidq̄ gꝰ vēdit eijcit̄ ⁊ p̄pue ſi vēdit
colūbas · ſi eñ ea q̄ mihi a ſp̄ūſancto ſūt reuelata ⁊
credita· aut ī vulgus p̄cio vēdidero· aut abſq̄ mer
cede ñ docuero q̄d aᵒ facio ñ colūbā·i· ſp̄mſanctū vē
¶ Ambr· Generaliter itaq̄ꝫ dn̄s docet ſeculares a dei
templo abeſſe debere contractus;· Specialiter aūt nū
mularios repulit q̄ de pecunia dn̄i id ē ſcriptura di
uina lucrum querunt nec bona malaq̄ diſcernunt·

¶ Grego. i omel. Qui domū dei ſpelūcam latronū
faciunt. quia dum pueri hoīes locum religionis te-
nentes malicie ſue gladijs occidūt. vbi viuificare
proximos oratōis ſue interceſſiōes debuerunt. Tē
plum qͥ ē ipſa mens fideliū. que ſi i leſione proximi.
peruerſas cogitationes profert quaſi i ſpelunca latro
nes reſidēt. Cum aūt mētem fidelium ad cauenda
mala ſubtiliter erudit. q̄tidie ṽitas i templo docet.

Capitulū viceſimum.

ET factum eſt in vna dierum do
cente illo populum in templo ⁊
euāgelizante. conuenerunt pri
cipes ſacerdotum ⁊ ſcribe cum
ſenioribus. ⁊ aiunt dicētes ad illum Dic no
bis in qua poteſtate hoc facis Aut quis eſt
qui dedit tibi hanc poteſtatem. Reſpōdens
aūt ihēſus dixit ad illos Interrogabo ⁊ ego
vos vnum verbū. reſpondete mihi Baptiſ-
mus iohānis de celo erat. an ex hominibus
At illi cogitabāt itra ſe dicētes quia ſi dix
erimus de celo dicet Quare ergo non credi
diſtis ei. Si autē dixerimus ex hominibꝰ.
plebs vniuerſa lapidabit nos Certi ſūt eīm
iohānē ꝓphetam eſſe Et reſpōderunt ſe ne-
ſcire vnde eſſet Et ieſꝰ ait illis Nec ego di
co vobis in qua poteſtate hec facio.

¶ Aug. de con. euā. Cum memoraſſet lucas eiectos
de templo ementes ⁊ vendentes. ꝑtermiſit. ꝙ exibat
i bethaniā. ⁊ regrediebat̄ i ciuitatem ⁊ quid de ficul
nea factum eſt. ⁊ ꝙ mirantib⁹ diſcipulis de fidei vir
tute reſponſum ē Atqꝫ his pretermiſſis. nō quaſi ex
ordine dies proſequēs. ſicut marcus intulit dicēs.
Et factum ē i vna dierꝫ docente illo populum in tem
plo ⁊ euāgelizante. cōuenerunt principes ſacerdotū
⁊ ſcribe cum ſenioribꝰ Nō dicit factum i vna dierū
in dies moſt ingrē. i qua id geſtum matheus ⁊ marcꝰ
recolerunt ¶ Euſeb. Cum aūt principes mirari des
berent docēdi celeſtia dogmata. ⁊ cognoſcere per
dicta ⁊ facta hunc eſſe xp̄m quē ꝓphete precinerant
ad ſubuerſionē populi xp̄m ꝓhibebant. Se
quit̄ eīm. Et aiunt dicētes ad illū Dic nobis in qua
poteſtate hec facis Aut quis ē qui dedit tibi hāc po
teſtatem ¶ Ciril. Quaſi dicāt. ſm legē moſaicā ſot
tis ex leuico ſanguine data ē autoritas docen
di. necnon ſacroꝝ actioꝝ poteſtas at tu ortus ex iu
da cōmiſſos nobis faſces vſurpas Sed ſi noviſſes o
phetice ſcriptas. recoleres ꝙ hic ē ſacerdos. q̄ ſm
ordinē melchiſedech offert deo i ſe credentes ꝑ cultū
qui legē tranſcendit Quid igit̄ anxiaris eiectis ab
arca ſacris que oportuna videbant̄ legalibus victi
mis eo vocāte ad verā iuſtificationē ꝑ fidem ¶ Bea.
Vel qd̄ dicāt In qua poteſtate hec facis de dei dubi
tant poteſtate ⁊ ſubintelligi volūt diaboli eſſe qd̄ fa
cit Addentes qꝫ Aut quis ē q̄ dedit tibi hāc poteſta
tem manifeſtiſſie dei filiū negāt quē putāt nō ſuis.

ſed alienis virib⁹ ſigna facere Poterat aūt dn̄s apta
reſponſione temptatoꝝ calumniā ꝯfutare Sed pru
denter interrogat. vt ſuo ſilētio vel ſententia ꝯdem
nentur Sequit̄ eīm Rn̄dens aūt ieſꝰ. dixit ad illos
Interrogabo ⁊ ego vos vnum verbum. reſpondete
mihi Baptiſmus iohānis de celo erat. an ex hoībꝰ
¶ Theo. Vt eīm oſtenderet eos ſemꝑ fuiſſe ſpiritui
ſancto rebelles. ⁊ ne dum eſaie cuiꝰ nō erat memoria
ſꝫ ut iprouiſo iohanni credere noluerūt Ob hoc ver
ſa vice oppōit eis hanc queſtionē oſtēdens ꝙ ſi tāto
ꝓphete iohāni qui apud eos maior videbat̄ minime cre
diderunt. ꝓhibenti teſtimoniū eius qualiter ei crede
rēt reſpondenti qua autoritate hec faceret ¶ Euſe.
Querit aūt de iohāne baptiſta nō vnde erat oriun-
dus. ſed vnde legem ſuſcepiſſet baptiſmatis ¶ Ciril.
Sed illi fugere veritatem nō horruerunt Deus eīm
miſit iohānem ſicut vocē clamātem Parate viā do
mino. Timuerunt aūt dicere veritatem. ne diceret̄
eis. cur ei nō credidiſtis. ⁊ cauēt reprehendere ꝑcur
ſorem. nō metu diuino. ſꝫ populi. Vnd̄ ſequit̄ At illi
cogitabant intra ſe. dicentes. quia ſi dixerimus de
celo dicet Quare ergo nō credidiſtis ei ¶ Beda.
Q. d. Quē confitemī de celo habuiſſe prophetiam.
mihi teſtimonium ꝓhibuit. ⁊ ab illo audiſtis. in qua
ptāte hec faciā. Seq̄t̄ Si aūt dixerimus ex hoībus
plebs vniuerſa lapidabit nos Certi ſunt eīm iohan
nem ꝓphetam eſſe. viderunt ergo quomodolibet re
ſpondiſſet i laqueū ſe caſuros. timentes lapidationē
ſꝫ magis veritatis confeſſionem. Vnd̄ ſequit̄ Et re
ſponderunt ſe neſcire vnd̄ eſſet Quia ergo nolūt fa
teri hoc qd̄ ſciunt. repulſi ſunt. vt eis dn̄s non dice
ret. qd̄ ſciebat Vnd̄ ſequit̄ Et ait illis iheſus. neqꝫ
ego dico vobꝫ i qua poteſtate hec facio Ob duas eīm
cāſ maxime ſcientia ṽitatis eſt occultanda queren
tibus. cum ſcꝫ is qui querit minꝰ capax ē ad itelligē
dum ea que querit Aut odio vel contemptu verita
tis indignus eſt. cui debeat aperiri qd̄ petit.

¶ Cepit autem dicere ad plebem parabolā
hanc hō plantauit vineam ⁊ locauit eā co-
lonis ⁊ ipſe peregre fuit multis tēporibus
Et in tempe vi ndemie miſit ad cultores ſer
uum. vt de fructu vinee darent illi Qui ce
ſum dimiſerunt eum inanē Et addidit aliū
ſeruum mittere Illi autem hūc quoqꝫ cedē
tes ⁊ afficiētes ꝯtumelia dimiſerunt inanē
Et addidit tercium mittere Qui ⁊ eū vul
nerantes eiecerunt. Dixit autē dn̄s vinee
Quid faciam. mittam filiū meum dilectum
forſitan cum hunc viderint verebunt̄ Quē
cū vidiſſent coloni cogitauerūt inter ſe dicē
tes hic eſt heres occidamꝰ illū ut noſtra fi-
at hereditas Et eiectum illum extra vine-
am occiderunt Quid ergo faciet illis domi
nꝰ vinee Veniet ⁊ ꝑdet colonos iſtos ⁊ da
bit vineam alijs Quo audito dixerunt illi

**abſit. Ille autem aſpiciens eos ait Quid ē
ergo hoc quod ſcriptum eſt Lapidem quē
reprobauerunt edificantes hic factus eſt i
caput anguli Omnis qui ceciderit ſup illū
lapidem conquaſſabitur. Super quem aūt
ceciderit cōminuet illum.**

Euſe. Congregatis i vnum principibus populi
iudeoꝝ i ipo templo ea q̄ ꝯ ipm̄ facturi erāt. ⁊ ſuper
uenturũ eis exterminiũ. figuratā pabolā ꝓtulit. Di
enim Cepit autem dicere ad plebem parabolā hanc
homo plantauit vi. Aug. de con. euāgeliſta. tacuit
maᵗ ſiuitatis cū q̄ᵈ lucas ñ tacet parabolā iſtā ñ ad
ſolos principes dictā q̄ de ꝑtate iterrogauerant. ſꝫ ad
plebē Amb. Pleriq; aūt varie ſignificatões de viee
appellatiōe deriuāt. Sed euidenter eſaias vineā dñi
ſabaoth. domū iſrael eē memorat. Hāc vineā q̄s aliᵒ
ñ deᵒ ꝯdidit Bede. Hō gᵒ q̄ plātauit vineā. ipe ē
q̄ iuxͣ aliā pabolā ꝯduxᵗ opaīos i viea; ſuā Euſe
ſꝫ pabola quā eſaias dicit vineā rephēdit. ſaluatoris
vō pabola nō ē ꝯ vineā dicta. ſꝫ de cultoribꝫ vinee. de
q̄bꝫ ſubdit Et lo. eā. co. i. ſenioribꝫ ppli. ⁊ pñcipibꝫ
ſacerdotū. ⁊ doctoribꝫ ⁊ optimatibꝫ cūctis Theo.
vl̄ q̄libet de ppl̄o ē vinea. idē ē et cultor Quilibet em̄
nr̄m ſeip̄m colit. hac igit̄ vinea ꝯmiſſa cultoribus
abijt. i. dimiſit illos ꝑgredi ſuo arbitrio. vn̄ ſeq̄t. ⁊
ipē pegre fuit multis tpibꝫ Amb. nō q̄a ex loco ad
locū profectus ē dñs. qui vbiq; ſemꝑ p̄ns ē ſed quia
preſentior eſt diligentibus. negligentibus abeſt. mlͭ
tis autem temporibus abfuit ne ꝑpa videret̄ exactō
Nam quo indulgentior liberalitas eo inexcuſabili:
or puaricacia. Cirillus. Vel deus abſentauit ſe
a vinea plurium annorum curriculis. q̄a poſtq̄ʒ vi
ſus ē i ſpecie ignis deſcendiſſe in montem ſina. nō am
pliᵒ viſibiliter ꝑbuit eis ſuā p̄ntiā. nulla tñ iterpo
latio ꝯtigit. qua nō mitteret deᵒ ꝓphetas ⁊ iuſtos cō
monētes. vnd̄ ſeq̄t Et i tpe vindemie miſit ad cul
tores ſeruū. ut de fructu vinee darent illi Theo.
Dicit aūt de fructu vinee quia non totum fructū. ſꝫ
aliquid de fructu volebat accipe Nā quid lucratur
deus a nobis. niſi ſuam notitiā que etiā ē nr̄a vtilitas
Beda. Bene autem fructum poſuit nō prouētū
Nullus enim huius vinee prouentus inuentus eſt
Seruus ergo primo miſſus eſt moiſes. q̄ ꝑ quadra
ginta annos fructum aliquē legis quā dederat. a cul
toribus requirebat. ſed vexatus eſt propter eos. q̄a
exacerbauerunt ſp̄m eius Vnde ſequitur Qui ceſū
dimiſerūt eum inanem Ambroſ. Factum eſt autē
vt pl̄es alios deſtinaret. quos iudei i honores ⁊ ina
nes ſibi de quibus nihil potuerunt proficere dimiſe
runt Vnde ſequitur Et addidit alterum ſeruū mit
tere Beda Seruus alter dauid ſignificat. qui miſ
ſus eſt vt poſt edicta legalia cultores vinee pſalmo:
die modulamine ad exercitium boni operis excitaret
Sed ⁊ contra hunc dixerunt Que nobis pars i da
uid. aut que hereditas in filio iſai. Vnd̄ ſeq̄t. Illi
autem hunc cedentes ⁊ afficientes contumelia dimi
ſerunt inanem Sed nec ſic deſtitit. Sequitur enim
Et addidit tercium mittere Per quem prophetaꝝ

choꝝ intellige. qui continuis atteſtationibus populū
conuenerunt. ſed quem prophetarum non ſunt per
ſecuti Vnde ſequitur Qui ⁊ illum vulnerantes ei
cerunt His autem tribus ſeruorum gradibus om
ſub lege doctorum figuram poſſe comprehendi. do
minus alibi manifeſtat. dicens Quoniam neceſſe eſt
impleri omnia que ſcripta ſunt in lege moiſi ⁊ ꝓphe
tis ⁊ pſalmis de me Theo. Prophetis igitur ta
lia mala paſſis filius deſtinatur Seq̄t enim Dixit
autem dominus vinee. quid faciam Bede. Ex do
minus vinee dubitatiue loquitur. non de ignorantia
venit Quid enim neſciat deus pater. ſed ambigere
dicitur. ut libera voluntas hominis ſeruetur Ciril
Deliberat etiam dñs ſecū vinee quid agat. nō quaſi
carens miniſtris. ſed quia pertractato quolibet inge
nio ſalutis humane populo vero nequaq̄ʒ adiuto ali
ud maius adiungit Vnde conſequenter dicit Mittā
filium meum dilectum forſan cum hunc viderint. ve
rebuntur Theo. Dixit autem hoc. nō tanq̄ʒ igno
rans quod peius eum eſſent tractaturi. q̄ʒ prophe
tas. ſed q̄ꝛ oportebat filium eis fieri reuerēdū. ⁊ ſi
ſi contumaces fuerint occidendo. hoc cumulat eoꝝ
crimen Ne ergo dicerent aliqui diuinā preſentiam
neceſſario fuiſſe inobediētie cauſam. ideo ſic figurat
ſermonem. Ambroſ. Filium igitur vnigenitum
ſibi miſſum perfidi iudei quaſi heredem remouere cu
pientes occiderunt crucifigendo. ⁊ eiecerunt nega
do. Vnde ſequitur Quem cum vidiſſent colom. cogi
tauerunt intra ſe dicentes Hic eſt heres. occidamᵘ
eum vt noſtra fiat hereditas. Heres chriſtus eſt.
idemq; teſtator heres. quia morti proprie ſuperuiu
⁊ teſtamentorum que ipſe contulit tāq̄ʒ hereditaria
in noſtris profectibus. emolumenta conſequit̄ Be
da. Manifeſtiſſime autem dominus probat iudeoꝝ
Principes non per ignorātiam ſed ꝑ inuidentiā cru
cifixiſſe filium dei Intellexerunt enim hūc eſſe. cui
dictum eſt Dabo tibi gentes hereditatem tuam Se
quitur. Et eiectum illum extra vineam occiderunt
quia ihesus ut ſanctificaret per ſuum ſanguinem po
pulum extra portam paſſus eſt Theo. Sed quia
ſuperius populum non iheruſalem loco vinee ſump
ſimus. forſan magis proprie dici poteſt. q̄ occidit
quidem eum populus extra vineam tamen id eſt ex
tra populi manus. paſſus eſt dominus quia ſcilicet
populus ei non proprijs manibus necem intulit ſed
tradens hunc pilato ⁊ gentibus. quidam autem per
vineam ſcripturam intellexerunt. cui non credentes
dominum necauerunt Vnde extra vineam. id eſt ex
tra ſcripturam. dicitur dominᵘ paſſus Beda ſiue
electus extra vineam ⁊ occiſus eſt. quia prius ē ab
infidelium corde repulſus. ac inde cruci addictus eſt
Criſ. Diſpenſationis autem non negligentie eſt
poſt prophetas chriſtum veniſſe. Non enim deus
omnia repente proſequitur. ſed condeſcendit prop
ter ſui pietatem. q̄a ſi poſt ſeruos venientem filiū cō
contempſerunt multomagis nec antea eum audi
rent. qui enim non exaudiebant minora precepta
quomodo audiuiſſent maiora Ambroſiᵘ Pulcre
autem interrogat. vt ſua ſeipſi damnent ſententia.
Sequitur enim. quid ergo faciet illis dominᵘ vinee

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

¶ Rab. ¶ Hoc autem fit quaſi his qui damnãt nihil habentes opponere euidente iuris. Propriũ autem eſt diuine miſerationis nõ infigere penas ſilentio. ſed predicere minis reuocando reos ad penitentiã. vñ ꝛ hic ſequit. Veniet ꝛ perdet colonos iſtos ꝛ dabit vineam aliis. ¶ Ambro. Ventuꝝ dñm dicit vinee. qꝛ in filio aſſit etiã paterna maieſtas. Vel qꝛ vltimis temporibus preſentior humanis aſpiret affectibus. ¶ Ciril. Excuſi ſunt igit iudeoꝝ primates. quaſi dñice voluntati repugnantes. ꝛ ſterilem reddentes vineã ſibi cõmiſſam. Sit aũt datus cultus vinee ſacerdotibus noui teſtamenti. Cum aũt ſuccitum enigmatis ſenſerũt recuſant illud pati. Vñ ſequit. Quo audito dixerũt illi. abſit. Nec tamen euaſerunt ob ſui pertinaciã ꝛ incredulitatẽ erga fidem xpi. ¶ Theo. Aliter aũt videtur matheus dicere. dñm ſcꝫ queſiuiſſe. Quid faciet illis cultoribus dominus vinee? Iudeos vero reſpondiſſe. malos male perdet. Non ẽ aũt repugnantia. Nam vtrũqꝫ factũ ẽ. Primo enĩ ipſi ꝓmulgauerunt illam ſententiã. Poſtea ſentientes quo tendebat parabola dixerũt. abſit. vt lucas hic narrat. ¶ Aug. de con. euang. Vel aliter in illa de qua loqmur turba. erãt qui doloſe dñm interrogauerant in qua poteſtate faceret. Erãt etiã qui nõ doloſe. ſed fideliter acclamauerunt Benedictus qui venit in noĩe dñi. Ac per hoc erãt qui dicerent. Perdet illos ꝛ vineã ſuã dabit aliis. Que vox recte etiã ipi᷒ dñi fuiſſe intelligitur. ſiue ꝓpter veritatem ſiue ꝓpter mẽbroꝝ eius cũ ſuo capite vnitatem. Erãt etiã qui talia reſpondentibus dicerent. Abſit. qꝛ intelligebant in ſeipſos hãc parabolam dictã. Sequit. Ille aũt aſpiciẽs eos. ait. Quid ẽ ergo. qd̓ ſcriptũ ẽ lapidem quẽ reprobauerunt edificantes. hic factus ẽ in caput anguli. ¶ Bede. q. d. quo implebit hec prophetia. niſi quia xpus a vobis reprobatus ꝛ occiſus crediturus ẽ gentibus predicandus. vt quaſi lapis angularis ex vtroqꝫ populo vnum ſibi templum edificet. ¶ Euſe. lapis aũt dicit xpus ꝓpter terreſtre corpus abſciſſus ſine manibus ſcḋm viſionẽ danielis ꝓpter ortum ex virgine. lapis aũt non argẽteus. aut aureus. quia nõ rex aliqs gloriꝰ. ſed homo humilis ꝛ abiectus. ꝓpter qd̓ edificantes eum reprobauerunt. ¶ Theo. Reprobauerunt enĩ eum principes populi cũ dixerunt. Hic homo nõ ẽ. illi vero tam vtilis fuit tam electus. vt in capite anguli poneret. ¶ Ciril. Angulo vero cõparatur ſacra ſcriptura cõcurſum vtriuſqꝫ populi iſrahelitici ſcilicet ꝛ gentilis in vnam fidem. Cõpegit enĩ ſaluator vtrũqꝫ populum in vnum nouũ hoĩem conciliãs eos in vno corpore patri. Salubris ergo eſt lapis angulo facto ab eo. Detrimentum aũt infert iudeis impugnãtibus hunc ſpiritalem ꝯcurſũ. ¶ Theo. Duas aũt condemnationes cõmemorat. Vnã quidẽ ſcḋm quã paſſi ſunt ſcandalizati in ipſo. Et hoc tangit. cũ dicit. Vis qui ceciderit ſup illum lapidem quaſſabit. Aliã vo captiuitatis ꝛ exterminij. quã intulit eis lapis ab ipſis contemptus. Et hoc tangit cum ſubdit. Supra quẽ aũt ipſe ceciderit. cõminuet illum. vel ventilabit eum. Sic enĩ ventilati ſunt iudei. vbiqꝫ ꝑ vniuerſum õbem ut ab area palee. Et attende ordinẽ. Nã preambulũ ẽ ſcelus. in eum commiſſum ſequit aũt iuſta dei vindicta. ¶ Bed. Vel aliter qui peccator ẽ ꝛ tamẽ illi credit. cadit quidẽ ſuper lapidem ꝛ quaſſat. reſeruat enĩ ꝑ patientiã ad ſalutem. Supra quẽ vero ille ceciderit. hoc eſt. cui lapis ipſe irruerit. quia ipm negauit. cõminuet eũ. ut nec teſta quidem remaneat. in qua hauriat aque puſillum. Siue de his dicit. qꝛ cadunt ſup eũ. qui illũ mõ cõtemnũt. ideo nondũ penit᷒ intereũt. ſꝫ cõquaſſantur ut nõ recti ambulent. Sup quos aũt cadit veniet illi deſup in iudicio. cũ pena ꝑditionis. ideo cõminuet eos vt ſint tanqꝫ puluis quẽ proijcit ventus a facie terre. ¶ Amb. Vinea etiã tip᷒ nr̃ ẽ. Agricola quippe oĩpotens pater. vitis xps. At vo nos palmites. recte vinea xpi populus noĩat. Vel qꝛ crucis in fronte pretextat iudiciũ. Vel qꝛ fruct᷒ ex poſtrema anni legatur etate. Vel qꝛ oĩbus ut ordinibus vineaꝝ ita pauperibus atqꝫ diuitibus ſeruis ꝛ dñis in eccleſia equa dimiſſio nulla diſcretio ſit. Et ut vitis maritat arboribus ita corpus anime hanc vineam. diligens agricola fodere ꝛ tondere conſueuit. ne luxuriet vmbra foliorum. verboꝝqꝫ infructuoſa iactantia. maturitatem in dolis naturalis impediat. Decet totius orbis hic eẽ vindemiã. vbi totus orbis eſt vinea. ¶ Bed. vel morali intellectu cuiqꝫ fidelium vinea quã excolat. locatur. dum miſteriũ baptiſmi qd̓ exerceat. ſibi cõmittitur. Mittitur ſeruus vnus. alt. ꝛ tertius. Cum lex pſalmodia ꝛ propheta legit. Sed miſſus ſeruus cõtumelijs affectus. vel ceſus dr̃. cum ſermo auditus cõtemnit. vel blaſphemat. Miſſum heredem quãtũ in ſe ẽ. occidit. qui filium dei peccando conculcat. perdito malo cultore. vinea dat alteri. cũ dono grĩe qd̓ ſuperbus ſpreuit. humilis ditatur.

¶ Et querebãt principes ſacerdotũ ꝛ ſcribe mittere in illum man᷒ in illa hora ꝛ timuerunt populum. Cognouerunt enim qꝛ ad ipſos dixit ſimilitudinem iſtaꝫ. Et obſeruãtes miſerunt inſidiatores qui ſe iuſtos ſimularent vt caperent eum in ſermõe ꝛ traderẽt illum principatui ꝛ poteſtati preſidis. Et interrogauerunt illum dicentes. Magiſter ſcimus quia recte dicis ꝛ doces ꝛ non accipis perſonam hoĩs. ſed in veritate viã dei doces. Licet nos tributũ dare ceſari. an nõ? Conſiderãs aũt dolum illoꝝ. dixit ad illos. Quid me temptatis? Oſtendite mihi denarium cuius habet imaginem ꝛ ſupſcriptiõꝫ. Reſpondentes dixerunt ceſaris. Et ait illis. Reddite ergo que ceſaris ſunt ceſari ꝛ q̃ dei ſunt deo. Et nõ potuerunt verbum eius reprehendere corã plebe. Et mirati in reſpõſo eius tacuerũt.

¶ Ciril. Decebat quidem principes iudeoꝝ intelligẽtes qꝛ de ipſis parabola diceretur. a malo ſic diſcedere quaſi de futuris inſtructos. ſed hoc non conſiderãtes occaſionem ſuorum colligunt criminum. vnde dicit.

Et querebāt principes ſacerdotum ⁊ ſcribe mittere
in illum manus in illa hora. Nec refrenauit eos le
gis preceptum q̄d dicit innocentem ⁊ iuſtum nō oc-
cides ſed compeſcuit eorum nefandum propoſitum
plebis timor Sequitur enim Et timuerunt populū
Preferunt enim diuine reuerentie humanum timo
rem. que autem huius ꝓpoſiti fuerit occaſio. ſubdit.
Cognouerunt enim q̄ ad ipſos dixerit ſimilitudi-
nem iſtam ¶ Beda. Et ita querendo ipſum occide
re. docebāt vera eſſe que in parabola dixerat. ipſe
enim ē heres cuius iniuſtā necē dicebant eſſe vindi-
cādam illi neq̄ coloni q̄ dei filiū querebāt occidere.
Hoc etiā quotidie geritˀ i eccl̄ia. Cum quilibet ſolo
noīe frater eā quā nō diligit eccl̄iaſtice fidei ac pacis
vnitatē ꝓpter bonoꝝ multitudinē vel erubeſcit. vel
timet impugnare. Et quia principes querentes dn̄m
cōp̄hendere. q̄d per ſe non poterāt. preſidis manibꝰ
efficere temptabant. Unde ſequitur Et obſeruātes
miſerunt inſidiatores qui ſe iuſtos ſimularent ¶ Ci
rillus Videbantur enim eſſe leues. erant autem gra
ues. obliti dei dicentis Quis hic mihi qui abſcondit
conſilium. Aderunt enim xp̄m oīm ſaluatorem quaſi
hoīem cōmunem. vnd̄ ſequitur Ut caperent eum ī
ſermone. ⁊ traderent eum principatui ⁊ poteſtati
preſidis ¶ Theo. Parauerūt aūt dn̄o laqueos illa-
queati ſunt tamē ī eis pedes eoꝝ Audi nāq̄ aſtutiā
Et interrogauerunt illū. dicentes. magiſter ſcimus
quia recte dicis ⁊ doces ¶ Beda Blāda ⁊ fraudu
lenta interrogatio illuc prouocat rn̄dentem ut magis
deum q̄ꝫ ceſarem timeat Sequitˀ enim. Et non acci
pis perſonam hoīs. ſed ī veritate viam dei doces.
Et hoc dicunt ad hoc. ut dicat nō d̄bere tributa ſol
ui ut ſtatim audientes miniſtri preſidis. qui iuxta ali
os euāgeliſtas affuiſſe legūtur. ſeditiōes cū ꝯtra ro
manos auctorē teneāt. vn̄ ꝯſequenter querunt. licet
nobis tributum dari ceſari an non. Erat enim in po
pulo magna ſeditio. Dicentibꝰ aliis pro ſecuritate q̄
romani pro omnibꝰ militabāt. debere tributa ꝑſolui
Phariſeis ꝯtrarientibus. non debere populū dei qui de
cimas ⁊ primicias. humanis legibus ſubiacere.
¶ Theo. Intendebāt ergo q̄ ſi diceret. oportere da
ri cenſum ceſari. criminarent a populo quaſi ſeruituti
ſubiiciens gentem. Si vero prohiberet cenſum red
dere. eum repreſentarent ut ſciſmaticū preſidi. ipſe vo
laqueos eoꝝ effugit. Sequitur enim. Conſiderans
autem dolum eorum. dixit ad eos Quid me tempta
tis. Oſtendite mihi denarium cuius habet imaginē
⁊ ſuperſcriptionem. ¶ Ambro. Docet hoc loco domi
nus circūſpectos nos in reſpondendo aduerſus here
ticos vel iudeos. eſſe debere. ſicut alibi dicit. Eſtote
aſtuti. ſicut ſerpentes ¶ Beda Qui autem putant
interrogationem ſaluatoris. ignorātiam eſſe. diſcant
ex preſenti loco q̄ potuerit ſcire ihesus cuius ima
go eſſet in nūmo. ſed interrogat. vt ad ſermonē eo
rum competenter reſpondeat Sequitur enim Re
ſpondentes dixerunt ceſaris. Non putemꝰ ceſarē
auguſtum. ſed tiberium ſignificari Omnes enim ro
mani reges. a p̄ͦ gaio ceſare. ceſares appellati ſūt. ex
eorum autem reſponſione. conuenienter dominus
queſtionem ſoluit Sequitˀ enī Et ait illis Reddite
ergo que ſūt ceſaris ceſari et que ſūt dei. deo ¶ Theoꝑ
Quaſi diceret. vobis tēptatis. opibꝰ obedite. ſubiiciētis
ceſaris ſeruituti. ſuſcepiſtis q̄ eiꝰ ſūt Date ergo illi cē
ſū deo timorē Non enī exigit dˀus denariū. ſed fidē
¶ Beda. Reddite etiam deo. que dei ſunt decimas.
ſcilicet primicias. oblationes ⁊ victimas ¶ Theoph
⁊ attende q̄ non dixit Date ſed reddite. debitum
enim eſt. tuetur enim te princeps tuus ab hoſtibus.
vitam tuā reddit trāquillam pro his ergo tenens
ei in cenſu Sed ⁊ hoc ipm̄ q̄d offers nūmiſma. ſcilicꝫ
ab eo habes Reddas ergo nūmiſma regium regi.
Deus etiam tibi tradidit intellectum ⁊ ratonē. reſti
tuas hoc ei. non comparatus beſtiis. ſed ī omnibꝰ ratio
nabiliter procedens ¶ Ambro. tu ergo ſi vis non eē
obnoxius ceſari. noli habere que mundi ſunt. ſꝫ bene
prius que ceſaris ſunt reddenda diſcernit. Nec enī
poteſt quis eſſe dn̄i niſi prius renūciauerit mundo.
Quā grauia vincula ꝓmittere deo ⁊ non ſoluere.
maior eſt contractus fidei q̄ꝫ pecunie ¶ Orige. Ha
bet autem locus iſte aliquid miſtici Due enī ſūt ima
gines ī homīe. vna quā accepit a deo. altera inimici
Sicut enī denarius habet imaginem imperatoris mū
di. ſic q̄ facit opa tenebraꝝ iſtaꝝ portat imaginem eiꝰ
cuius habet opa Dicit ergo. Reddite ergo que ſunt
ceſaris ceſari. hoc eſt. abiicite terrenam imaginem ut
poſſitis vobis imaginem celeſtem imponentes redde
re que dei ſunt. deo. vt ſcilicet deum diligamus ⁊c. q̄
vt moiſes dicit deus requirit a nobis. Poſtulat aūt
a nobis. nō quia neceſſarium habet. ut ei aliquid tri
buamus. ſed vt poſtq̄ꝫ ei dederimus. hoc ipm̄ nob̄ tri
buat in ſalutem ¶ Beda. Qui autem credere debue
rant ad tantam ſapientiam mirati ſunt. q̄ calliditas
eorum inſidiandi non inueniſſet locum Und̄ ſequitˀ
⁊ non potuerunt verbum eius reprehendere coram
plebe. ⁊ mirati in reſponſo eius tacuerunt ¶ Theo.
Hoc enim erat q̄ precipue intendebant. increpare
eum coram populo. quod obtinere nequiuerunt ꝓpter
ſapientiſſimam eius reſponſionem.

¶ Acceſſerunt quidam ſaduceoꝝ qui ne
gant eſſe reſurrectionem Et interrogaue
runt eum dicentes Magiſter moiſes ſcrip
ſit nobis Si frater alicuius fuerit mortuus
habens vxorē. ⁊ hic ſine filiis fuerit vt ac
cipiat eam frater eius vxorem ⁊ ſuſcitet ſe
men fratri ſuo. Septem ergo fratres erant.
⁊ primus accepit uxorem ⁊ mortuꝰ ē ſine
filiis ⁊ ſequens accepit illam ⁊ mortuus ē
ſine filio. ⁊ tercius accepit illam Similiter
⁊ omnes ſeptem. ⁊ non reliquerunt ſemen
⁊ mortui ſunt Nouiſſima aūt oīm mortua
eſt ⁊ mulier In reſurrectione ergo cuiꝰ eorū
erit vxor. ſiquidē ſeptē habuerūt eā vxorē

Et ait illis iheſus Filij huius ſeculi nubūt
⁊ tradūtur ad nupcias Illi vero qui digni
habebūtur ſeculo illo ⁊ reſurrectione ex mor
tuis· neqꝫ nubūt neqꝫ ducūt vxores Eq̄les
enim angelis ſunt ⁊ filij dei ſunt cuꝫ ſint fi
lij reſurrectionis Quia vero reſurgāt mor
tui ⁊ moiſes oſtendit ſecus rubum ſicut di
cit dn̄m deū abrahā ⁊ deum yſaac ⁊ deuꝫ ia
cob Deus aū non eſt mortuoꝝ ſed viuoruꝫ
Omnes em̄ viuūt ei Reſpōdētes aū quidā
ſcribarū dixerūt Magiſter bene dixiſti Et
ampliꝰ non audebant eū quicꝗ̄ īterrogare
¶ Beda Due erant hereſes in iudeis Vna phariſeo
rum qui tradicionum ⁊ obſeruationū ſibi iuſticiam
preferebant· vnd' ⁊ diuiſi vocabant̄ a populo Alēa
ſaduceoꝝ qui interp̄tant̄ iuſti vendicantes ſibi qđ
non erant His ergo abeuntibꝫ hi ad temptādū ac
cedunt· vnd' dr̄ Acceſſerunt aūt quidā ſaduceorum
qui negāt eſſe reſurrectionē ¶ Orige· Saduceoꝝ he
reſis nō ſolum reſurrectionē mortuoꝝ negat· ſed etiā
putat animā interire cum corpore Hi ergo verbis
ſaluatoris inſidiantes eo tempore queſtionē ꝓpoſue
runt quo eū viderunt de reſurrectione docere diſci
pulos· vnd' ſeq̄ẗ Et īterroga· eū dicentes magiſter
ſcripſit nobis moiſes· Si frater alicuius mortuus
fuerit habens vxorem ⁊ hic ſine filijs fuerit ut acci
piat eam frater eius ī vxorē ⁊ ſuſci· ſe· fratri ſuo·
